m ARSILIVS Ficinus Florentinus Sereniſſimo Pannoniæ Regi ſemper iuicto. Philoſophi ueteres rex omniũ fęliciſſime cęleſtium uires ĩferiorũq; naturas dĩligentiſſime ꝑſcrutati: Cum exiſtimarẽt hominẽ fruſtra ſapere: qui nõ ſibi ſapit/totã merito ꝑſcrutationẽ ſuam imprimis ad uitam ſibi cęlitus compandam retuliſſe uident̃: iudicãtes( ut arbitror) tum elemẽta/ & quæ ex his cõponunt̃ fruſtra ſibi cognita fore: tum motus cęleſtiũ/& ĩfluxus temere nimiũ obſeruatos: niſi hæc una cum illis cognita ſimul/ atq; conn..cta/aliquãdo ſibi ad uitam fęlicitatemq; conducerẽt. Profuit aũt illis ut uidet̃/eiuſmodi cõtẽplatio/ad uitã primo præſentẽ. Nam pythagoras & Democritus Apolloniuſq; theaneus & qcunq; ad id potiſſimum ſtuduerunt rerũ ſibi cognitarũ uſu ꝓſperam ualitudinẽ cõſecuti ſũt: uitamq; longęuã. Contulit ĩſup ad futurã uitã/tum per gloriam apud poſteros ꝓpagandã: tum apud deũ in æternitate fruendã. Siquidẽ ex mirabili mũdi totius ordine eius tandem cognouere rectorẽ: & ante oĩa cognitũ amauerũt. Tibi uero gloriã per ſæcula cũcta/futurã magnanimitas/magnificẽtia/uictoria ꝑpetua pollicent̃. Vitã quoq; apud deũ in æuo beatã/diuina clemẽtia/ĩſigni pietati tuæ iuſtitiæq; ꝑmittit. Vitã deniq; ꝓſperã ĩter mortales ſatiſq; longã q̃tum ex inditiis quibuſdã mihi licuit coniectare fęlĩcia tibi ſidera decreuerunt. Vt aũt quod pollicent̃/id & pręſtẽt firmiſſima fide & cumulo inſup prorogẽt pleniore. Diligentia tua/ & medicorũ/ aſtrologorũq; cura efficere proculdubio poteſt. Iam uero id poſſe ſcientia & prudẽtia fieri doctiſſimi quiq; aſtrologi/ ac medici confitent̃. Cũ igit̃ inter Plotini libros/magno Laurentio Medici deſtinatos/ĩ librum Plotini de fauore cęlituſ hauriendo tractãtem nuper cõmentariũ cõpoſuiſſem: inter cetera in eũ noſtra cõmẽtaria numeratũ id quidẽ ſeligere nũc Laurentio quidẽ ipſo ꝓbãte. Atq; maieſtati tuæ potiſſimũ dedicare decreui. Spero

equidem dũ uitę tuę proſperitatiq; cõſulam/uitę interim & ſplen
dori ſæculi noſtri/& humani generis conſulturũ. Atq; ut ualitudi
ni proſperitatiq; regię ualidius hęc noſtra ꝓdeſſent: per Valorem
ipſum mittẽda putaui. Hunc tu igiť Valorẽ noſtrũ clementiſſime
Rex cõplectere precor. Tantũ.n.natura/uirtuſ/auctoritas tua ua
let: ut abſq; te nequeat uel Valor ipſe ualere. X. Iulii. M.CCCC.
LXXXIX. Florentię.

Verba Marſilii Ficini Ad Lectorem ſequentis Libri.

ſ Alue hoſpes ingenioſe. Salue iterũ quiſqs es ſalutis aui
dus/qui noſtra ad limina tẽdis. Vide precor hoſpes cu
pide primum/ q̃ hoſpitalis ſim. Intrantis erat certe/ ſalutem ſta
tim hoſpitio dicere. Ego uero ſalute pręueniens/ mox proſpec
tum ſaluere te iuſſi. Intrantem & adhuc ignotum perlibenter ex
cepi. Trahentẽ apud me moras/promiſſa/ſi deus aſpirauerit/ſalu
te donabo. Hoſpitiũ ergo nactus es amicũ quidẽ oĩbus: & amo
ris nũc erga te plenũ. Siqd forte fers tecũ amori cõtrariũ: Siquid
habes odii/prius ponito precor q̃ medicinas hic uitales attigaſ.
Vitã.n.tibi dedit amor/uoluptasq; parentũ. Vitã uiciſſim demit
odiũ/atq; dolor. Quẽ igiť odioſus uexat dolor: huic nullus uſq̃
medicinę uitali relictus eſt locus. Quãobrẽ deinceps te nõ ut ho
ſpitẽ tãtũ/iam alloquor: ſed amicũ. Officina Marſilii tui aliq̃to
eſt amplior/q̃ his cancellis dũtaxat/ quos hic uides/coerceatur.
Non.n.ſolo hoc libro ſequẽte: ſed duobus etiã pręcedẽtibus cir
cũſcribiť. Tota uero ſũmatim medicina quædã eſt ꝓuiribus opi
tulatura uitæ: ut ualida tibi uita ſit/ut longa. Idq; ubiq; medico
rum ope cęlitus adiuta moliť. Varia ſane pro diuerſis hominum
ingeniis/atq; naturis noſtra hæc officina/antidota/ pharmaca/fo
mẽta/unguẽta/remedia ꝓfert. Siqua tibi forraſſe minus placeãt:
mittito quidẽ iſta. Cetera ꝓpterea ne reſpuito. Deniq; ſi nõ ꝓbas
imagines aſtronomicas/alioq̃n ꝓ ualitudine mortaliũ adiuẽtas

quas & ego nõ tam probo q̃ narro: has utiq; me cõcedẽte: ac etiã ſi uis cõſulente dimittito. Medicinas ſaltẽ cęleſti quodã admini culo cõfirmataſ/ niſi forte uitam neglexeris/ ne negligito. Ego.n. frequẽti iãdiu experiẽtia cõpertũ habeo: tantũ intereſſe inter me dicinas eiuſmodi/ atq; alias abſq; delectu aſtrologico factas/ q̃tũ inter merũ atq; aquã: ut etiã infans octauo a cõceptione mẽſe na tus/ florentię mẽſe martio/ nocte adſcendẽte Saturno retrogrado/ ſemiuiuus/ eiuſmodi diligentia uideat̃ a nobis imo a Deo quaſi uitæ redditus/ potius q̃ ſeruatus. Triẽniũq; ualidus ferme iã im pleuerit. Iam uero ſi præter ea generis eiuſdẽ plura narrauero/ ue ra loquar. Nec gloriabũdus (quod eſt a philoſopho penitus alie num): ſed exhortabũdus potius afferã. Verũ ſatis iã partim qui dem cõciliãtes/ partim ẽt exhortãtes allocuti te ſumus: deinceps igit̃ cũ Plotino loquamur/ ita demũ tibi diligentius cõſulturi.

In oĩbus quę hic aut alibi a me tractant̃/ tantum aſſertum eſſe uo lo: quantum ab eccleſia comprobatur.

## MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA CAE LITVS COMPERANDA COMPOSITVS AB EO INTER COMMENTARIA EIVSDEM IN PLOTINVM.

In quo conſiſtat ſecundũ Plotinũ uirtus fauorẽ cęlitus attrahẽs ſcilicet ĩ eo ꝙ anima mũdi/ & ſtellarũ/ Demonũq; animæ facile alli ciunt̃ corporũ formis accomodatis. Cap. primum

I tantum hæc duo ſint ĩ mundo: hinc quidẽ intel lectus: ĩde uero corpus: Sed abſit aĩa: tũ neq; intel lectuſ trahet̃ ad corpuſ: ĩmobilis.n. eſt omnino ca retq; affectu motionis prĩcipio/ tanq̃ a corpore lon giſſime diſtans: Neq; corpus trahet̃ ad intellectũ/

uelut ad motum per ſe inefficax/& ineptũ:lõgeq; ab intellectu re motum. Verum ſi interponatur aïa utriq; cõformis/facile utrinq; & ad utraq; fiet attractus. Primo quidem ipſa omniũ facillime ducit̃:quoniã primũ mobile eſt/& ex ſe & ſpõte mobile. Pręterea cum ſit (ut dixi)media rerum/omnia ſuo in ſe modo continet/& utrinq; ratione propinqua. Ideoq; conciliatur/& omnibus: etiam æqualiter illis quæ inter ſe diſtant: ab ea uidelicet nõ diſtãtibus. Præter enĩ id quod hinc quidẽ conformis eſt diuinis: ĩde uero ca ducis/& ad utraq; uergit affectu/tota ĩterim eſt ſimul ubiq;. Accedit adhæc/ꝙ anima mũdi totidem ſaltem rationes rerum ſeminales diuinitus habet: quot ideæ ſunt in mẽte diuina: quibus ipſa rationibus totidẽ fabricat ſpẽs in materia. Vnde unaquæq; ſpẽs per propriam rationem ſeminalem proprię reſpõdet ideę/facileq; poteſt per hanc ſæpe aliquid illinc accipere: quãdoq̃dem per hãc illinc eſt effecta. Ideoq; ſi quando a propria forma degeneret: poteſt hoc medio ſibi proximo formari rurſum/perq; id medium inde facile reformari. Ac ſi certe cuidã rerum ſpẽi/uel ĩdiuiduo eius rite adhibeas multa/quę ſparſa ſunt: Sed eidem ideæ conformia. Mox ĩ materiam hãc ita oportune paratam/ ſingulare munus ab idea trahes per rationem uidelicet animæ ſeminalem. Non enĩ intellectus ipſe proprie: ſed anima ducitur. Nemo itaq; putet certis mũdi materiis trahi numina quędã a materiiſ penitus ſegregata: Sed Demones potius animatiq; mundi munera ſtellarũq; uiuentium. Nemo rurſũ miretur per materiales formas animã quaſi allici poſſe. Siquidem eſcas eiuſmodi ſibi congruas ipſa met/q̃bus alliceretur/effecit: & ſemper libenterq; habitat in eiſdem. Neq; in mũdo uiuente toto quicq̃ reperitur tã deforme/cui non adſit anĩma: cui non inſit & animæ munus. Cõgruitates igitur eiuſmodĩ formarũ ad rationes animæ mundi Zoroaſter diuinas illices appellauit: quas & Sineſius magicas eſſe illecebras cõfirmauit. Nemo deniq; credat ad propriam quãdam materię ſpẽm & tempore certo hauriri omnia prorſus ex anima dona: Sed ꝓ oportunitate

dona dũtaxat ſeminis/quo talis ſpẽs pullulauit: ſeminumq; con formium. Itaque hic homo humanis tantum adhibitis non proprias piſcium uel auium dotes/inde ſibi uendicat: Sed humanas atque conſimiles. Adhibitis autẽ quæ ad ſtellam talem ptinent atque Demonem/ ſtellæ Demoniſq; huius proprium ſubit influxum/ uelut lignum per ſulfur paratum ad flãmam ubiq; præſentem. Atq; hunc non modo per ipſos ſtellę Demoniſq; radios: ſed etiam per ipſam mundi animam ubiq; pręſentem: in qua & cuiuſlibet ſtellæ Demoniſq; ratio uiget: partim quidem ſeminalis ad generandum: partim etiam exemplaris ad cognoſcendum. Hæc enim ſecundum Platonicos antiquiores rationibus ſuis edificauit ultra ſtellas in cęlo figuras: parteſq; ipſarũ tales/ut ipſę quoq; figuræ quædam ſint: ĩpreſſitq; his omnibus proprietates. In ſtellis autem figuris/partibus/proprietatibus/omnes rerum inferiorum ſpẽs continentur/& proprietates earum. Vniuerſales uero figuras octo poſuit atq; quadraginta ſcilicet in zodiaco duodecĩ: extra uero ſex atque triginta. Item in zodiaco triginta ſex ad numerum facierum. Ruſus ibidem tercentum/atq; ſexagĩta ad numerum graduum. In quouis enĩ gradu ſunt ſtellæ plures/ ex quibus ibi conficiuntur imagines. Similiter imagines extra zodiacum in plures diuiſit figuras pro facierum ibidem graduũq; ſuorum numero. Conſtituit denique ab imaginibus his uniuerſalibus ad uniuerſales imagines habitudineſ/& proportiones quaſdam/quę ipſę quoq; imagines illic extent. Eiuſmodi uero figurę continuitatem quęq; ſuam habent ex radiis ſtellarum ſuarum in ſe inuicem peculiari quadam proprietate coniectis. A quibus formis ordinatiſſimis dependent inferiorum formę/illinc uidelicet ordinatæ. Sed & cęleſtes illæ tanq̃ & inter ſe diſiunctæ/ procedunt a rationibus animæ coniunctis inuicẽ: & quodãmodo mutabiles/a ſtabilibus. Sed hę quatenus ſe ipſas non cõprehendũt/ referuntur ad formas in mente uel animali uel eminẽtiore ſe ſe cõ præhendentes: quæ tanq̃ multiplices redigũtur ad ſimpliciſſimũ

unum atque bonū/ſicut figurę cęleſtes ad polum. Sed redeamus ad animam. Quando igitur anima gignit ſpeciales inferiorum formas uireſq₃/eas per rationes efficit proprias: ſub ſtellarum for marumq₃ cęleſtium adminiculo. Singulares uero indiuiduorum dotes/ quæ ſæpe nonnullis inſunt tam mirabiles q̃ in ſpeciebus eſſe ſolent exhibet per ſeminales ſimiliter rationes: non tam ſub amminiculo formarum figurarumq₃ cęleſtium/q̃ ſitu ſtellarum & habitu motionum/aſpectuumq₃ planetarum/tum iter ſe/ tum ad ſtellas planetis ſublimiores. Anima quidem noſtra ultra uires membrorum proprias communem ubique promit in nobis uitæ uirtutem. Maxime uero per cor/tanquam ignis animę proximi fontem. Similiter anima mundi ubiq₃ uigens per ſolem præcipue ſuam paſſim explicat communis uitæ uirtutem. Vnde quidā ani mam & in nobis & in mundo/in quolibet membro totam/potiſ ſimum in corde collocant atque ſole. Semper uero memento ſi cut animæ noſtræ uirtus per ſpiritum adhibetur membris: ſic uir tutem animæ mundi per quitam eſſentiam/quę ubiq₃ uiget tanq̃ ſpiritus intra corpus mundanum/ſub anima mundi dilatari per omnia: maxime uero illis uirtutem hanc infundi: quæ eiuſmodi ſpiritus plurimum hauſerunt. Poteſt autem quinta hæc eſſentia nobis intus magis magiſq₃ aſſummi: ſiquis ſciuerit eam aliis ele mentis immixtam plurimum ſegregare: uel ſaltem his rebus fre quenter uti/ quæ hac abundant/puriore præſertim. Ceu electum uinum/& ſaccharum/& balſamum/atque aurum/ pretioſiq₃ lapil li/mirobalaniq₃ & quæ ſuauiſſime redolent: & quæ lucent. Maxi me uero quæ in ſubtili ſubſtantia qualitatem habēt calidam/ hu midamq₃/& clarā. Quale præter uinum eſt albiſſimū ſaccharum: pręſertim ſi huic adhibueris aurum/odoremq₃ cinnami/atque ro ſarum. Pręterea ſicut alimenta rite in nobis aſſumpta per ſe non uiua/rediguntur per ſpiritum noſtrum ad uitę noſtrę formam: ſic & corpora noſtra rite accomodata corpori ſpirituique mundano

uidelicet per res mundanas/ & per noſtrum ſpiritum/hauriūt ex uita mundana q̄plurimum. Si uolueris ut alimentum ra piat præceteris formam cerebri tui uel iecoris atque ſtomachi: ſimile quantum potes accipe alimentum / ideſt cerebrum / & iecur/ & ſtomachum/ animalium/ ab humana natura non lon ge diſtantium. Si optas corpus tuum atque ſpiritum / ex ali quo mundi membro/ uidelicet ex ſole uirtutem accipere/ quæ re quæ ante alia ſunt ſolaria: inter metalla lapilloſque/ magis autem inter plantas. Sed inter animalia magis. Maxime inter homines. Similiora enim tibi magis proculdubio conferunt. Hæc & extra ſunt adhibenda:& intus pro uiribus aſſummen da:præſertim in die/ & hora ſolis / & ſole in figura cęli regnan te. Solaria uero ſunt omnia ex lapillis / & floribus / quæ eli tropia nominantur/ quia uertuntur ad ſolem. Item aurum/& auripigmentum/aureiq; colores / cryſolitus / carbunculus/mir ra/thus/muſcus/ ambra/ balſamum/ mel flauum/calamus aro maticus/crocus/ ſpica nardi/ cinnamomum/ lignum aloes/cę teraq; aromata. Aries: aſtur: gallus:olor:leo: cantarus:croco dillus:hoīes flaui:criſpi:ſępe calui:magnanimi:ſuperiora par tim cibariis/partī unguētis ſubfumigationibuſq;/partim uſui accommodari poſſunt. Hæc ſentienda/& cogitāda frequenter/ & imprimis amanda . Et luminis plurimum eſt quærendum .

Si dubites uentrem ab iecoris fomēto deſtitui/trahe ad Ven trem iecoris facultatem/ tum frictionibus/ tum fomentis/ per ea quæ iecori congruunt: per cicoream:endiuiam:ſpodium:& eupatorium:& epaticam:atque epata. Similiter ne deſtituatur tuum corpus ab Ioue/moue corpus in die/horaq;/& regno Io uis:& utere interim Iouialibus. Argento: iacinto:topatio:co rallo: crhiſtallo:berillo: ſpodio:Saphiro: uiridibus aeriiſque coloribuſ. Vino:ſacharo:albo melle:& cogitationibus affecti

buſq; plurimum. Iouialibus ideſt conſtantibus / ęquis / religioſis atque legiferis: & inter homines eiuſmodi / ſanguineoſq; / & pulchros / uenerabileſque uerſabere. Sed memento primis illis rebus frigidis inſerendum eſſe aurum: & uinum: mentāq; et crocum: et cinnamomum: atque doronicum. Animalia uero Iouialia eſſe Agnum: pauonemque: et aquilam: et iuuencum.

Quomodo uero uirtus Veneris attrahatur turturibus / Columbis / et motacillis / et reliquis non permittit pudor oſtendere.

De Concordia Mundi.
De natura hominis ſecundum ſtellas.
Quomodo fiat attractus ab unaquaq; ſtella
Caput .ii.

n Eq; uero diffidere debet quiſquam / nos atq; omnia / quę circa nos ſunt / pręparamētis quibuſdam poſſe ſibi uendicare cęleſtia. Nam cęlitus hæc facta ſunt: aſſidueque reguntur: & illinc imprimis præparata ſunt ad illa: & quod maximum eſt / mundus animal in ſe magis unum eſt / q̄ quoduis aliud animal: ſi modo eſt animal perfectiſſimum.

Ergo ſicut in nobis membri cuiuſlibet præſertim principalis qualitas motuſque ad alia pertinet: ita membrorum principalium actus in mundo commouent omnia: & membra inferiora facile capiunt a ſupremis ultro dare paratis. Quo enim potentior cauſa eſt: eo eſt promptior ad agendum: eo igitur propenſior eſt ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis inſuper adhibita ſufficit cęleſtium muneribus capiendis: ſi modo

quiſque ad id pręcipue ſe accommodet/cui eſt pręcipue ſubdi tus. Sed ante uniuſcuiuſque noſtrum proprietatem/ huma næ ſpeciei proprietatem conſiderare debemus. Hanc igitur eſſe ſolarem/aſtrologi arabes conſenſerunt. Quod ego e ſtatu ra hominis erecta: pulchraque: humoribuſque ſubtilibus: & ſpiritus claritate: imaginationiſque perſpicuitate: ſtudioque ueritatis & gloriæ: uerum eſſe coniecto. Addo quinetiam proprietatem huic Mercurialem: ob ſtrenuum uerſatilis inge nii motum. Et quoniam humanum genuſ natum nudum: iner me: omnium egenum: hæc omnia propria induſtria ſibi com parat: Quod eſt Mercurii proprium. Addo etiam Iouialem! ob complexionem corporis temperatam atque leges. Et quo niam ſecundo menſe/ quo Iuppiter dominatur/ uitam accipi mus: atque naſcimur nono: quo iterum recipit dominatum. Itaque humana ſpecies ab his tribus potiſſimum dotes inſu per ampliores ita demum ſibi poterit uendicare: Si per Solaria/ Mercurialiaque/ & Iouia ſe ipſam eis magis in dies atque ma gis accommodabit. De reliquiſ autem quid? Saturnus non fa cile communem ſignificat humani generis qualitatem atque ſortem: Sed hominem ab aliis ſegregatum: diuinum: aut bru tum: beatum: aut extrema miſeria preſſum. Mars: Luna: Ve nus: affectus & actus homini cum ceteris animantibus æque cõmunes. Ad ſolem igitur & Iouem/atque Mercurium reuerta mur. Solaria quidem nonnulla & Iouia diximus: Mercuria lia uero neſcio quomodo prætermiſimus. Sunt autem eiuſmo di. Stamnum: Argentum: pręſertim uiuum: Marcaſſita argen tea: lapiſ achates: uitrum: porphyriticum: & quę croceum cum uiridi miſceant/ſmaragdum atque lacca. Animalia ſagacia & ingenioſa ſimul et ſtrenua/ſimiæ: canes. Homines eloquẽtes: acuti: uerſatiles: oblonga facie: manibuſqne non pingues.

Sunt autem quærenda/et exercenda quæ ad aliquem planetam attinent: eo uidelicet dominante (ut diximus) in die & hora eius ſi fieri poteſt: etiam quando ipſe ſit ī domicilio/uel exaltatione/uel ſaltem triplicitate ſua & termino & angulo cęli: extra combuſtionem directus: ac ſæpius orientalis: ſi ſole ſit ſuperior. Item ī auge: et aſpiciatur a luna. Siquis autem ab ipſa Luna beneficium/ & a Venere poſcat/tempora ſimilia obſeruare debebit. A Venere quidem per animalia ſua quæ diximuſ/& per corneolam:& ſaphyrum:lapidemque lazoli:ęs croceum atque rubeum:& corallum:omnéſque pulchroſ uarioſq; uel uirides colores: & flores: atque concentus: ſuauesq; odores: atque ſapores. A Luna per alba/& humida/ & uiridia/per argentum atque chriſtallum/& uniones/ & argēteam marcaſſitam. Quoniam uero Saturnus quidem ſtatui & perſeuerātiæ dominatur: Mars autē efficacię motus: cogimur nōnunquam horum quoq; gratia ab eis patrocinia poſtulare: temporibus uidelicet ſimiliter obſeruatis. Ab illo quidē per materias quaſdam quodammodo terreas/ & fuſcas/ atque plumbeas/ & fuſcum iaſpidē/& magnetem/& camoinum atque calcidonium/ & ex parte quadam per aurum/ & auream marcaſſitam. A Marte uero per ignea/rubea/ęs rubeum. Sulphurea omnia. Ferrum lapidemque ſanguineum. Neque diffidas Saturnum habere non nihil in auro. Nam propter pondus id putatur habere. Quinetiam Soli aurum ſimile ſic omnibus metallis īeſt/ ſicut Sol in planetis omnibus atque ſtellis. Iam uero ſi quis conuicerit Saturnum & Martem natura noxios eſſe/quod equidem nunquā crediderim: tamen his quoq; utendum: quemadmodum uenenis nōnunq̄ utuntur & medici: Quod Ptolemęus in Centiloquio probat. Proderit ergo quandoque uis Saturni caute ſumpta: ſicut apud medicoſ/quę adſtringūt atq; cōti

nẽt:immo & quo ſtupefaciunt/ ſicut oppium & mãdragora. Mar tis quoq; ſicut euforbium & elleborus. Cautiſſimi uero hac in re fuiſſe uidentur magi brachmanes pythagorici: Qui cum ob ſedu lum philoſophandi ſtudium Saturni tyrannidem formidarent/ ue ſtibus albis amiciebantur: Iouialibuſq;/ ſiue phoebeis quotidie ſonis & cantibus utebantur: plurimumque ſub diuo uiuebant. Vbique uero memento per affectum ſtudiũq; animi/& per ipſam ſpiritus qualitatem/ nos facillime ſubitoq; exponi planetis eun dem affectum ac ſtudium & qualitatem ſignificantibus. Per ſepe rationem igitur a rebus humanis : per ocium : ſolitudinem : fir mitatem: per theologiam: ſecretioremque philoſophiam ſuperſti tionem: magiam: agriculturã: per moerorem Saturno ſubiicimur. Per ciuilia & ambitioſa negocia/ per philoſophiam naturalem/ communemq;: per religionem ciuilem: perq; leges Ioui. Marti per iram atque certamina. Soli Mercurioq; per ſtudium eloquentiæ/ cantuſque & ueritatis & gloriæ atque ſolertiam. Veneri per leti tiam & muſicam & feſtiua. Lunę per uictum plantis ſimilẽ. Sed hanc inter hos differentiam mẽte teneto exercitationem ingenii magis publicam atque amplam ad ſolem ſpectare: Priuatã uero & artificio mancipatam/ potius ad Mercurium. Tum uero muſi cam grauem quidem Iouis Soliſq; eſſe: Leuem Veneris: Mediam uero Mercurii. Similis quoque de ſtellis fixis ratio eſt. Hęc quĩ dem communis humanæ ſpeciei regula. Propria uero unicuique regula fuerit explorare/ quę ſtella/ quid boni/ cuique in genitura promiſerit/ atque ab ea potius q̃ ab alia repoſcere gratiam. Et ab unaquaq; nõ quodlibet donũ. & quod aliarũ eſt: ſed eius ꝓpriũ expectare: niſi forte tum a ſole communia/ multa reportes: tanq̃ communi quodam duce cęleſtium/ & ab Ioue ferme ſimiliter: tum mundana pariter omnia ab anima ſpirituq; mundi. Quem ſicut & quoduis animal: multoq; efficacius animatum eſſe: non ſolum Platonicæ rationes: ſed etiam aſtrologorum arabum teſtimonia

comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione quadam ſpiritus noſtri ad ſpiritum mundi per artem phyſicam affectũq; facta/ trahici ad animam corpuſq; noſtrum bona cęleſtia. Hinc quidem per ſpiritum noſtrum in nobis medium/& tunc a mundi ſpiritu roboratũ: inde uero per radios ſtellarum fęliciter agentes in ſpirirum noſtrum/& radiis natura ſimilem: & tunc ſeipſum cęleſtibus coaptantem.

Inter animam mundi & corpus eius manifeſtum eſt ſpiritus eius/in cuius uirtute ſunt quatuor elementa. Nos uero per ſpiritũ noſtrũ hunc poſſumus haurire. Cap. iii.

P Rofecto mundanum corpus quantum ex motu generationeq; apparet eſt ubique uiuum: quod indorũ philoſophi probant ex eo ꝙ paſſim ex ſe uiuẽtia generet. Ergo per animam uiuit ubique ſibi præſentẽ/ ac prorſus accomodatam. Igitur inter mundi corpus tractabile/ & ex parte caducũ: atque ipſam eius animam/cuiuſ natura nimium ab eiuſmodi corpore diſtat: ineſt ubiq; ſpiritus: ſicut inter animam/ & corpus in nobis: ſi modo ubique uita eſt communicata ſemper ab anima corpori craſſiori. Talis nãq; ſpiritus neceſſario requiritur tanquã medium: quo anima diuina: & adſit corpori craſſiori: & uitam eidem penitus largiatur. Corpus autem omne facile tibi ſenſibile/ tãquam ſenſibus tuis accomodatum/ craſſius eſt/& ab anima diuiniſſima longe degenerans. Opus eſt igitur excellentioris corporis adminiculo quaſi nõ corporis. Proinde ſcimus uiuẽtia oĩa tam plantas q̃ animalia: per quendam ſpiritum huic ſimilem uiuere atq; generare. Atq; inter elemẽta/quod maxime ſpiritale eſt/ uelociſſime generare: ꝑpetuoq; moueri quaſi uiuẽſ. Sed quęres interea/ſi elemẽta atq; animantes generãt aliq̃d ſibi ſimile ſuo quodã ſpũ/cur lapideſ & metalla nõ generãt?quæ ĩter elementa & ani

mantes media ſunt. Quia uidelicet ſpiritus ĩ eis craſſiori materia cohibetur. Qui ſi quando rite ſecernatur/ ſecretuſq; conſeruetur: tanq̃ ſeminaria uirtus poterit ſibi ſimile generare. Si modo materiæ cuidã adhibeatur generis eiuſdem qualem ſpiritum phyſici diligentes ſublimatione quadam ad ignem ex auro ſecernentes: cui uis metallorum adhibebunt: aurumq; efficient. Talem utiq; ſpiritum ex auro uel ex alio rite tractum/ atque ſeruatum elixir arabes aſtrologi nominãt. Sed ad mundi ſpiritũ redeamus: per quem mundus generat omnia: quãdoqdem & per ſpiritũ ꝓpriũ omnia generant. Quem tũ cęlum/tum quintã eſſentiã poſſumus appellare. Qui talis ferme eſt in corpore mundi/qualis in noſtro noſter. Hoc imprimis excepto: ꝙ anima mundi hunc non trahit ex quatuor elementis tanq̃ humoribus ſuis: ſicut ex noſtris noſtra: ĩmo hunc ꝓxime (ut platonice ſiue plotinice loquar) ex uirtute ſua procreat genitali quaſi tumens: & ſimul cum eo ſtellas: ſtatimq; per eum parit quatuor elementa: quaſi in illius ſpiritus uirtute ſint omnia. Ipſe uero eſt corpus tenuiſſimum: quaſi non corpus/& quaſi iam anima. Item quaſi non anima/& quaſi iã corpus. In eius uirtute minimum eſt naturę terrenę. Plus aũt aqueę. Plus item aeriæ. Rurſus igneæ ſtellariſq; q̃plurimum. Ad horum graduum mẽſuras/ ipſe quantitates ſtellarum elementorũq; prodierunt. Ipſe uero ubiq; uiget/ in omnibus generationis omnis proximuſ auctor/atq; motus: de quo ille. Spiritus intus alit. Totus eſt ſuapte natura lucidus calidusq;/ & humidus atque uiuificus/ex dotibus animæ ſupioribus dotes eiuſmodi nactus. Quẽ plurimum hauſiſſe Apolloniũ Theaneum/teſtificatus eſt indus Hiarchas dicẽs/mirari nemo debet o Apolloni te diuinãdi ſcientiam conſecutũ: cũ tantũ ętheris in aĩa geras.

Spiritus noſter haurit mundi ſpiritum per radios Solis & Iouis/quatenus ipſe fit ſolaris & Iouialis. Cap. iiii.

h Vnc tu igitur ſtudebis tibi imprimis īſinuare. Hoc.n.medio naturalia quędā beneficia reportabis: tum corporis mūdani: tū animę: tū etiā ſtellarū: atq; Demonū. Nā ipſe inter craſſum mūdi corpus & aīam medius ē. Et ī ipſo ſtellæ ſunt & Demones: atq; per ipſum. Siue.n.mundi corpus atq; mundana ſint ab anima mundi proxime: ſicut Plotino placet atq; Porphyrio: ſiue mundanū corpus: ſicut & aīa ꝓxime ſit a deo / ut noſtris placet & forte Timeo pythagorico: omnino uiuit mūdus / atq; ſpirat: ſpiritumq; eius nobis haurire licet. Hauriẽ aūt proprie ab homine per ſuū ſpiritū illi ſuapte natura conformē. Maxime ſi reddaẽ etiā arte cognatior.i.ſi maxime cęleſtis euadat. Euadit uero cęleſtis: ſi expurgeẽ a ſordibus: & omnino ab eis / quæ inhęrent ſibi diſſimilia cęlo: Quę quidē ſordes nō ſolū intra uiſcera ſi fuerint / uerum etiā ſi in aīo / ſi in cute / ſi in ueſtibus / ſi in habitatione / & aere / ſpiritū frequenter inficiūt. Efficieẽ tandē cęleſtis / ſi ad orbicularē animi corporisq; motū / ipſe quoq; orbes efficiat: Si ad aſpectū cogitationēq; lucis frequentiorē etiā ipſe ſubrutilet: Si adhibeanẽ ei ſimilia cęlo ea cōmuniter diligētia / qua Auicēna ī libro de uiribus cordis ſpūm curat. Et nos in libro de curāda litteratorū ualitudine curare cōtendimus. Vbi primum ſegreganẽ ab eo uapores obnubilātes medicinis ita purgātibus. Secūdo rebus lucētibus illuſtraẽ. Tertio ita coliẽ / ut & tenueẽ ſimul / & cōfirmeẽ. Fiet deniq; cęleſtis maxime: q̄tum dictat ratio pręſens: ſi applicenẽ ei potiſſimum radii influxuſq; ſolis inter cęleſtia dominātis. Atq; ita ex hoc ſpū tanq̄ ī nobis medio cęleſtia bona īprimis inſita ſibi ī noſtrum tum corpus tū animū exundabūt. Bona inq̄ cęleſtia cūcta. In ſole enim omnia cōtinentur. Conferet autem ſol ad ſpiritū ſolarem efficiendū proprie: quando ſub ariete fuerit / uel leone: ipſū aſpitiente luna: maxime in leone. Vbi adeo ſpiritum noſtrum uegetat: ut ipſum muniat cōtra uenenum epidimie repellendum: quod ꝑſpicue apparet ī babylonia / & egypto / & regionibus ſpectātibuſ ad leonē: ubi ſol leonē intrās / epidimiā ſedat / ea dūtaxat

ratione/ qua diximus. Tunc ergo & tu ſolaria paſſim exquiſita compone. Tunc incipe ſolaribus uti: ea tamen cautione/qua ſub æſtu exſiccationem diligenter euites. Non poterit autem facile ſpiritus ſolaris euadere/niſi ſit q̄plurimus. Ad ſolem.n.maxime pertinet amplitudo: Quāplurimū uero faciet/tum dilgētia cor rebus cordialibus intus & extra fouens: tum etiam uictus ex alimentis quidē ſubtilibus: multū tamē/& facile & ſalubriter nutriētibus. Motus quoq; frequēs atq; lenis/ & opportuna qes/ aerq; tenuis atq; ſerenus: & ab æſtu geluq; remotus: Præcipue lætus animus. Rurſum nec ſolaris erit niſi calidus fuerit/ & ſubtilis/& clarus. Subtilē clarūq; facies/ſi triſtia/& craſſa deuitabis & fuſca. Vteris lucidis lętiſq; intus/& extra. Luminis multū die nocteq; excipies. Sordes expelles/& otiū/& torporē. Imprimis tenebras deuitabis. Perducturus aūt ſpūm ad calorē ſoli naturalē: caue ne ad tertiū caloris gradū ſiccitatēq; deducas. Calor enim ipſe ſolis naturaliter nō exſiccat: Alioqn non eſſet ſol uitę generationiſq; dominus/& auctor augmenti. Siccare uero cōtingit radiis eius in cōcauis materię ſiccæ cōcluſis. Humorē itaq; calori ſubtilē qualis ē ſolaris/& maxime iouius/adhibebis/ & cōſeruabis in ſpū/rerum eiuſmodi uſu: ſi ſolarē ſis effecturuſ: Ne alioqn ad martiū potius q̄ ad ſolarē forte deducas. Martem quidem ſoli eſſe ſimilem in paucis & his quidē manifeſtis/nec admodum excellētibus/& interim inimicū eſſe ferunt. Iouē uero Soli ſimillimū in plurimis excellentibuſq; muneribus quāuis occultioribus & amiciſſimū eſſe ſcimus. Vnde Ptolemęus ubi de conſonātia diſputat/ Iouem ait cum Sole præceteris perfectiſſime cōſonare: Veneremq; cum luna. Omneſq; aſtrologi uniuerſalem beneficentiā Soli tribuunt ſimiliter atq; Ioui. Quāuis ſol eadē efficacius agat/ & Iuppiter ſub uirtute Solis efficiat. In utroq; calor uiget/ſuperatq; humorem. Sed in Ioue ſuperat modice: In Sole ſuꝑat excellēter: Vtrobiq; benefice. Cū igit̄ adeo cōſonēt/facile poteris ſpūm ſolarē efficere pariter atq; Iouiū: ac res ſolares & Iouiales rite poteris inuicē cōmiſcere.

Preſertim ſi & has inuicem cõponas/ & ſpiritui adhibeas quãdo Iupiter ſolem trino aſpicit: uel ſextili/uel ſaltem quãdo luna ab aſpectu alterius ad alterũ procedit aſpiciẽdũ. Maxime quãdo ab aſpectu ſolis ad coitũ cum Ioue ꝓgredit̃. Seorſum uero ſolarem ꝓprie facies/uel iouialem quãdo aſpectũ lunæ ad ſolẽ obſeruaueris uel ad Iouem. Tam & ſi cõſecutus naturã huius/naturã mox illius facile conſequeris. Sextilẽ uero aſpectũ intellige/quando planetę duo inter ſe ſignorũ duorũ ſpatio diſtant. Trinum autẽ/ quãdo quatuor ſignorũ diſcrepãt interuallo. Coniũctionẽ uero uel aſpectum lunæ ad alios duodecim gradibus citra/totidemq; ultra metimur.

## Tres gratię ſunt Iuppiter & Sol & Venus. Iuppiter ẽ gratia geminarũ media & maxime nobis accomodata Cap. V.

c Ompoſitiones qdẽ/& curationes Iouias ſimul/atq; Solares iuenies in libro noſtro de uita lõga/& ĩ libro de litteratorũ cura. Vbi ẽt miſcuimuſ pleraq; uenerea. Nã & nos ĩ ſtudiosis timemus exſiccationem/cui reſiſtit Venus. Et hęc ipſa Venus eſt amiciſſima Ioui:ſicut & Soli Iuppiter. Quaſi gratiæ tres inter ſe cõcordes/atq; coniũctæ. Ab his quidem tribus cęli gratiis/& a ſtellis eiuſdẽ generis aſtrologi gratias & ſperãt/& diligenter exquirunt/eaſq; per Mercuriũ/atq; lunã/quaſi nũtios tranſmitti putãt: atq; curant:facile uero cõmuniterq; p lunã. Lunã quidẽ cum Ioue coniũctam aut Venere fęliciorẽ eſſe putãt/ q̃ ſi p ſextilem aſpexerit/aut trinum. Verũtamẽ ſi per trinum aſpiciens etiã ſuſcipiat̃ ab illis quaſi exiſtimãt eſſe cõiunctã. Similiter ſi a Sole pſpecta fuerit ſimulq; recepta. Nos aũt ſi horum trium ſtellarũq; ſimilium uires effectuſq; oẽs percurrere ſingulatim uelimus/lõgum opus aggrediemur: exqſitu difficile/ difficillimũ obſeruatu. Si ad Venerem nos ꝓprie cõferamus:nõ facile ſolẽ habemus. Si ad ſolẽ ꝓprie/nõ facile Venerẽ. Vt igit̃ tres ſimul in uno gratiaſ complectamur ad

Iouem tandē cōfugiemus: inter Solem Venerēq; natura effectuq; medium/qualitate admodū tempatum/ & quæcūq; ſperanť a Venere uel a Sole ſuo quodā pacto tradentē/magnificentius q̄dem honeſtiuſq; q̄ Venus/tempatius quoq; q̄ ſol/& ī omnibus cū humana natura maxime cōgruentē. Vtemur itaq; Iouis quādo & ipſe/& Luna dignitatē tum naturalē/tū accidentalem habuerint/ ſintq; ſimul: uel fęliciter ſe aſpiciāt. Si quādo id fieri omnino nō poſſit/miſce Solaria: ī unū ſimul/atq; Venerea/ facieſq; ſic Iouiale ex utriſq; cōpoſitū/quādo uidelicet Luna a coitu Veneris eat ad ſextilē Solis aſpectū/uel ecōuerſo. Memento uero ī rebus cōponēdis quę cor ſpūmq; foueāt/& corroborent/Lunam cōferre potiſſimum: ſi una cū his muneribus: hoc etiā habuerit/ut p aeria ſigna diſcurrat/maxime p aquariū/ quod eſſe maxime putať aeriū: uel ſi ī ſuo domicilio ſit/aut exaltatione ſua/uel domo Iouis aut Solis. Et ubicūq; ſit/ſi māſionē ex uiginti illis/& octo teneat/tum ſibi/tum etiam operi competentem.

De uirtute in nobis naturali/ uitali/aīali. Et p quos planetas adiuuentur/& qūo per aſpectū Lunę ad Solē & Venerē: maxime uero ad Iouem. Cap. vi.

P Ręcipua uero diſciplina eſt recte tenere quē ſpūm/quam uim/quā rem potiſſimū hi planetę ſignificāt. Luna ergo/ Venuſq; uim/& ſpūm naturalē/atq; genitalē/& quæ hunc augent Iuppiter eadē: ſed efficacius eparq;/& ſtomachum/habetq; nō mediocrē partē in corde & ſpū: uirtuteq; uitali: quatenus ſuapte natura cū ſole conſentit: īmo & per ſe ipſum. Alioqn cor uitalē ſpiritū nō proprie ī mēſe iouis accipet. Vnde Iouē gręci appellāt uitā: & p quē uita: habere quoq; ī aīali ſpū poteſtatē reſtāť Aſtrologi: dicētes Iouem ad philoſophiam & ueritatem inueniēdā/ religionemq; conferre. Et Plato ubi ait ab Ioue philoſophos proficiſci. Quod etiā ſignificauit Homerus antiquorum opinione dicens.

Taliſ eſt mens hominibus: qualẽ indies adducit pater hominũ atq; deorũ. Nuſq̃ uero numen aliquod ita cognominat præter Io uem. Sol ſpũm uitalẽ præcipue corq; ſignificat: & habet nõ nihil: ĩmo non parũ in capite/ ꝓpter ſenſum atq; motum: cuius eſt ipſe dominus/ neq; uim deſerit naturalẽ. Mercurius cerebrũ & ĩſtrumẽ ta ſenſuũ. Ideoq; ſpũm animalẽ. Proinde tutiſſima uia erit/ nihil ſine Lunę beneficio facere. Quãdoqdem cęleſtia cõmuniter & fre quenter atq; facile ad ĩferiora demittit: quã alterũ Solẽ nominãt: quolibet mẽſe quatuor anni tẽpora facientẽ. In prima.n. ſui quar ta ut Peripatetici putãt eſſe calidã/ atq; humidã. In ſecũda calidã & ſiccã. In tertia frigidã/ atq; ſiccã. In quarta frigidã/ atq; humidã. Lumenq; eius proculdubio Solis eſſe lumẽ. Humores generatio nemq; regere: oẽſq; mutationes fętus ipſius in aluo conuerſioni bus ſuis metiri: & quotiẽs ſoli iungiẽ/ uiuificam ab eo uirtutẽ re cipere/ quã infundat humori: atq; ibidem a Mercurio uim humo res cõmiſcentẽ. Quã uim Mercurius & trãſformatione in oẽs ſuas & giris multiplicibus affert. Ibidẽ mox a Venere uim/ quę condu cat ad formas geniturae conueniẽtes. Opę pretiũ uero fuerit me miniſſe diurnũ Lunæ curſum in quatuor diſtribui quartas. In Pri ma quidẽ ab oriẽte ad medium aſcẽdit cęlũ: atq; interim humorẽ & ſpũm auget naturalẽ. In ſecũda a cęli medio petit occaſum/ effi citq; in nobis oppoſitũ. Tertia ab occaſu cęlũ ſubter mediũ adit: iterũq; ſpũm illũ auget & humorem. Quarta cadit inde uerſus or tũ: minuitq; uiciſſim. Quod maxime in oceani ripis apparet: Vbĩ ad hũc curſum mare manifeſtius accedit/ atq; recedit: eodẽq; ordĩ ne uigor ĩ ægrotãtibus. Probabile ẽt eſt/ ſolem per eaſdẽ ſui quar tas calorẽ naturalẽ & ſpũm uitalẽ augere/ uel diminuere. Aĩalem quoq;/ quatenus Mercuriũ habet comitẽ. His cognitis poterit me dicus pro humore & calore naturali/ & quolibet ſpiritu recreãdo tempora oportuniora ſeruare. Sed nunc de luna ſatis. Neq; di mittere decet Iouem ĩ cuius menſe altero quidẽ uitã accepimus: altero autẽ cõmuniter & fęlicius nati ſumus. Et qui inter Solem

atq; Venerē: item ītēr Solē atq; Lunam eſt qualitate effectuq; me
dius: ideoq; cōplectitur oīa. Solē uero ipſum prætermittere cęli
dominū nephas/atq; periculoſum exiſtimamus: niſi forte qs di
xerit/ eum q̄ Iouē habet: in Ioue Solē iā habere! illic potiſſimū ad
homines tēpatum. In ſole certe omnes celeſtiū eſſe uirtutes/ nō
ſolum Iamblicus Iulianuſq;: ſed oēs affirmāt. Et Proculus ait ad
Solis aſpectū/oēs omniū cæleſtiū uirtutes congregari in unū atq;
colligi. Iouē uero eſſe Solem quēdam ad nos tēpatum nemo ne
gabit. Lunā quoq; tēpatam ad Venerē ne neglexeris. Multum
enī ad ualidam proſperamq; uitam adiuuat. Siquidem Venus fę
cundat hominē/facitq; lætū. Hanc igit̄ obſeruabis. Quanq̄ ſi Lu
nā Veneri ſimilē. s. humore prorſus æqualē: & uix minus calidā:
cum Ioue rite miſceas/ aut Sole/ propemodū iam Venerē habes.
Quid ergo? ut tutiſſima oīum & cōmodiſſima ſimul īcedas uia/
Lunam obſerua/ quādo Solē aſpicit/coitq; cū Ioue: uel ſaltē Iouē
ſimul aſpicit atq; Solē: aut certe quando poſt aſpectū Solis mox
ad Iouis coitū progreditur uel aſpectū. Atq; eo ipſo tempore cō
pone inuicem: uel adhibe tibi Solaria Iouiaq; ſimul atque Vene
rea. Quod ſi te ad unum ex magnis cōfugere neceſſitas urgeat/
uel negotiū/ad Iouem ipſum uel potius ad Lunā ſimul iouemq;
confugito. Nulla enī ſtella naturales in nobis uires: immo & oēs
magis q̄ Iuppiter fouet/atq; corroborat. Nulla rurſum pollicetur
proſperiora: ſimul atq; plura. Et ubiq; hunc accipere fauſtum eſt.
Solem uero accipere/forſitan nō ubiq; tutum. Semp enī ille iuuat:
hic ſæpe nocere uidetur. Venus aūt quaſi debilis. Ideo ſolus ille
iuuans pater eſt appellatus: Id autē comprobat Ptolemęus: ubi
ait/pharmacum uix quicq̄ mouere naturam dūtaxat/quādo Lu
na cum ioue congreditur. Vſqueadeo illinc proprie totam putat
uniuerſi corporis corroborari naturam. Expertus ſum qn ēt Lu
na coniuncta cum Venere medicinam uix mouere. Quāuis aūt
ubi pituitam ualde timemus/Lunā præcipue obſeruemus ad So
lem. Vbi uero bilem exſiccationēq; eiuſmodi ad Venerem: tamen

directio Lunæ ad Iouem/& ad hęc omnia quodãmodo confert: & præcipue ad atram bilem expellendam: necnõ ad cõmunẽ hominum cõplexionem inſtaurandã/atq; firmandã. Sicut enĩ glyciriza & oleum roſaceũ frigidiora calefacit: calidiora refrigerat: uinumq; ſimiliter: Quod ĩſuper humectat ſicca: humidiora ſiccat: Ita Iupiter humano cõgruus calori/ ut uinum: oleũ roſaceum: camomilla: glycirh/za. Vbi igitur audis Abumaſar dicentẽ. Nõ eſt uita uiuentibus præter deum/niſi per Solem & Lunã. Id ĩtellige quantum ad cõmunẽ omnibus ſpectat influxũ. Proprius aũt homini accõmodatiſſimuſq; influxus eſt ab Ioue. Sunt autẽ in natura corporis uires attrahendi/retinendi/coquendi/ expellendi. Has igitur omnes Iuppiter ipſe iuuat. Potiſſimũ uero coquẽdi/ſiue digerendi uirtutẽ/atq; generandi & nutriẽdi ſimul/& augẽdi: propter humorẽ eius aeriũ atq; multum: & calorẽ eiuſdẽ amplũ/ humori mediocriter dominantẽ. Profecto p radioſ Iouis ſẽp uſq; quaq; diffuſos lumen Solis proprium ad ſalutem hominum maxime tempatur: Radiis interim Veneris ad idem aſſidue cõferentibus. Atq; ſimiliter transferente Luna. Radii quidẽ Veneris/atq; Lunę tanq̃ humidiores quodam indigẽt tempante: ſicut & Solis radii tanq̃ calidiores humidioris cuiuſdam temperiem exigunt. Radii aũt Iouis tempamentũ nullum deſiderãt. Quid enĩ aliud Iuppiter eſt:/niſi ſol quidam ad ſalutem rerum pręcipue humanarum ab initio/tempatus:/Quid rurſus aliud:/niſi Luna Venuſq;/ facta tamen calidior atq; potentior:/Ideo aſtrologi ab Ioue auſpicantur annum fertilẽ/ſerenum/ſalubrem/ & ab eo ĩminentiũ morborum remedia ſperant. Atq; Empedocres ubi ꝓpria unicuiq; planetarum munera tribuit: Iouem ſolũ generationis principem nominat Orpheum imitatus. Præter Iouem præcipiunt Lunam diligenter in omnibus operibus obſeruãdam tanq̃ medium inter cęleſtia comperens atq; terrena. Sit ergo Luna in gradu/ ſituq;/& aſpectu ad opus optatum conueniente. Non ſit in eclyptica: nec ſub radiis Solis per gradus duodecim ultra citraq;/ niſi forte ſit

in eodem minuto cũ Sole. Pleriq; uero uolunt omnes planetas
fore fortes quando in unitate Solis extiterint. Vnitatẽ uero me
tiunt᷑ minutis duobus atq; trigita.ut.xvi.quidẽ citra. xvi.uero
ultra connumerentur. Non impediatur a Saturno uel Marte:non
deſcendat in latitudine meridionali: quando duodecim dictos
gradus egreditur. Non ſit oppoſita Soli:nec lumine minuat᷑:nec
tarda curſu/qũudo ſcilicet die uno/ duodecim nõ pagit gradus.
Non ſit ĩ uia combuſta a gradu libræ.xxviii.ad tertiũ ſcorpionis:
nec in octaua:nec in aſcendente:nec in finibus Martis/ uel Satur
ni. Quidã uero nec ĩ ſexta:duodecima:nona: quarta lunam uo
lunt. In cęteris uero cęli plagis approbant. Vbi hæc omnia com
plecti non potes:Iouem ſaltẽ expecta/uel Venerem ĩ aſcendente:
uel decima. Sic enĩ ſubueniunt detrimẽtis lunę. Nec ab re fuerit
recordari quatenus Luna lumine augetur/eatenus & nobis non
ſolum humorem:ſed ſpiritum etiã uirtutemq; augeri: atq; hęc ad
circũferẽtiã dilatari. Maxime ĩ ſecũda eius quarta. Quando uero
minuitur/ contra cõtingere. Præſertim in ultima quarta. Primum
eius ad Solem trinũ præeſſe ſecundo. Hunc ſextili primo. Hunc
ſextili ſecũdo. Lunam quatenus lumine/eatenus repleri calore.
Videntur ergo quidam nõ tam obſeruare qũo aſpiciat luna ſolẽ:
Semper enĩ aſpicit/q̃ ut plurimum lumen habeat: pręſertim dum
augetur. Aſpiciat uero iterim trino uel ſextili Iouem aur Venerẽ.

Proinde uirtutem attractiuam ignea iuuant. Retentiuã terrea.
Digeſtiuam aeria. Expulſiuam aquea. Si tu has omnes ĩ te adiu
uare uolueris: attractiuam quidẽ per ignea maxime roborabis:
quando Luna in ſignis uel ſtationibus igneis conſtituta Iouem
aſpicit ſcilicet Ariete Leone Sagittario. Retentiuam per terrea:po
tiſſimum/quãdo intuet᷑ eundem in ſignis uel ſtationibus terreis
collocata: Tauro Virgine Capricorno. Digeſtiuã generatiuamq;
per aeria ſcilicet geminos libram aquarium/ quotiens ſub aereis
Iouem ſuſpicit/aut ſubit. Expulſiuam per aqueã/cancrum piſces
ſcorpium. Quando ſub aqueis ipſa poſita Iouis radiis illuſtrat᷑.

Maxime uero in his omnibus cõſequeris optata. Si Iupiter eadẽ uel ſimilia/uel ſaltẽ nõ diſſimillima ſigna/ manſioneſ ue poſſede rit. Citaturus aluum/ſolidis medicinis/accipe piſces. Liquidis ſcorpionem. Mediis uero cãcrum. Per ĩferiora purgaturus/piſces & ſcorpium. Per ſuperiora/cãcrum. Malum Saturni uel Martis ad lunam deuitabis aſpectum. Ille enĩ uexat ſtomachum: hic inteſtĩ na diſſoluit. Capricornum euitabis & taurum. Nauſeam enĩ affe runt. Scis membrum irritãdum nõ eſſe/quãdo Luna ſignum occu pat membro pręfectum. Humores nãq; mouet. Sed potius eſſe fo uendum. Hæc uero de uirtute & ſpiritu naturali in iecore præcĩ pue dominãtibus/ quæ in quatuor officia quæ narrauimus diuĩ duntur: dicta ſufficiant. De uirtute uero ſpirituq; uitali in corde uigente quid nam monemus? Satis id ferme ſignificatum eſt. Nã per res ĩprimis igneas & quodãmodo ſimul aerias hæc adiuuan tur/quando luna in domiciliis manſionibuſ ue conſimilibus ſu ſpicit Iouem: pręcipue ſi Iouem complectatur & ſolem. Virtutem quoq; animalẽ per ſenſum & motum in capite dominantẽ confir mare potes per aeria ĩprimis/ſubiunctis igneis: quando Luna in domiciliis uel ſedibus conſimilibus Iouem ſuſpicit: præſertim ſi Iouem propemodum/Mercuriumq; cõplectitur. Hic uero te mo neo/ne Mercurium putes aqueum eſſe uel terreũ: quod & ego alĩ quãdo ſuſpicatus ſum. Alioqn motibus celeritatiq; ĩgenii nõ cõ ferret. Sed quodãmodo aereum eſſe ſcias. Nam & ob eandem cau ſam tam mobilis eſt/tam facile conuertibilis: tantum ingenio cõ fert: pręſertim in aquario plurimum aerio conſtitutus. Humor q̄ dem in eo temperatus eſt. Calor exiguus. Sub ſole poſitus dicit̃ exſiccare. Longior autẽ a Sole factus/humectare putatur. Ibi quĩ dem calefacere multum ex natura ſolis. Hic uero calefacere parũ admodum & humefacere magis ſuapte natura. Calore forſan nõ cedit Veneri. Lunam ſuperat: humore uero cedit utriſq;. Aly pro bat Mercurium qualitates cęleſtium cõmiſcere: quoniã facillime permutetur: tum in qualitatem termini quem ſubit: tũ in naturã

ſtellæ/quam aſpicit. Ego igitur hunc tam facile permutari puto: quia nec excellentem poteſtatē quam Iupiter habet: nec exceden tem qualitatē/ quam pleraq; cæleſtia/ per quā alterationi reſiſtat. Deniq; probabile ē Mercurium aſſiduum Solis achatem/ multas illius uires habere. Ideoq; ſpari ſolaria quædā a Mercurio poſſe.

Aliquando uero & Martem tradunt/ Solē in quibuſdam mune ribus imitari: Ac Venerem quę ad lunam pertinent/elargiri. Hæc igitur in agendo memineris. Neq; negligas unq̄ terminos. Aiūt enī planetas ī diuerſis terminis ceu lucidis atq; tenebroſis oppo ſita facere. Deniq; ubi Martem times/oppone Venerem. Vbi Sa turnum/adhibe Iouem. Ac da operam ut in perpetuo quodā pro uiribus motu uerſeris: tantū defatigatione uitata. Vt & propriū motū externis motibus clam nocituris opponas/ & cæleſtē actū pro uiribus imiteris. Quod ſi poteris ſpatia motibus ampliora peragere: ſic & cęlum potius imitaberis/& plures cęleſtium uireſ paſſim diffuſas attinges.

## Quomodo mēbra foueanᵵ in nobis per cōparationē Lunæ ad ſi gna & ad ſtellas fixas. Cap. vii.

t Otum quemadmodum diximus corpus fouere pote ris: caput uero potiſſimum ſi planetas obſeruaueris ī ariete: uel in ſuo quēq; domicilio primo. Præcordia ſi in leone. Stomachum iecurq; ſi in Cancro atq; ſagittario/aut ſaltē in Virgine. Et acceperis ea quę proprie membrum petūt. Expedit quoq; noſſe quę quiſq; planeta mēbra in ſigno quolibet habeat.

Potes etiam proprie pro ætatis diſcrimine conſulere unicuique per quatuor ætates Lunæ. Hæc enim a nouilunio uſq; ad quadra turam primam iuuenis eſt. Deinde ad plenilunium eſt iuuenis/ atque uirilis. Hinc ad quadraturam alteram/ uirilis ſimul atque ſenilis. Inde uſq; ad cōiunctionem eſt ſenilis. Aetatem itaq; Lunę fęliciter ętati curandi corporis adhibebis. Si tunc aſpectum eius

ad aliquã trium gratiarum accepis. Qui ſane aſpectus Lunæ ſem per & cito gratioſa largiť. Neq; tamẽ facile admodũ diuturna uel maxima/niſi præter intuitũ lunæ/ ẽt ipſæ gratiæ mutuo ſe conſpi ciant iam/ uel ꝓpemodũ conſpecturæ ſint/aut tres ipſæ/aut duæ. Imprimis uero diuturna prębẽt ſigna fixa. Leo.ſ.aquarius. Tau rus. Scorpius. Si forte nõ poſſis impręſentia lunam ad planetas gratioſos oportune dirigere/ſtellaſ elige fixas gratiarũ naturã.i. Iouis aut Veneris aut Solis habẽtes: & ad eas directã lunam eli ge. Tutius tamẽ eſt/Lunã interea Iouẽ propemodũ adire uel Ve nerem. Stellę nãq; fixę ſi ſolę ſpectẽt/ꝓportionẽ humanã.i.unius hominis nimis exſupant. Proportionẽ uero cum ciuitatibus mo deratiorem habent.

De uirtutibus & uſu ſtellarum fixarum. Cap. viii.

r Radunt aſtrologi maiores quaſdã ſtellas a Mercurio cõp tas auctoritatẽ habere q̃plurimã. Qualis eſt in arietis gra du.xxii.umbilicus Andromade/mercurialis atq; uenereus. Itẽ in Tauri.xviii.caput Algol/ naturã Saturni poſſidẽs/atq; Iouis. Cui ſubeſſe uolũt adamantẽ/& artemiſiã: & audaciam uictoriãq; pręſtare. In eiuſdẽ gradu.xxii. Pleides/lunare ſiduſ/& martium. Cui ſubiciũt chryſtallũ: herbã diacedon: ſemẽ feniculi. Cõferre pu tant ad acuendũ uiſũ. Quod ãt nõ nulli dicũt conducere ad Dę monas cõuocãdos: fingmẽtũ eſſe iudico. Aldeboran primo uel tertio geminorũ gradu Martiũ/atq; Venereũ. Hircus gradu eorũ dẽ.xiii. Iouius atq; ſaturnius. Huic ſubiciũt Saphyrũ/ praſſiũ/mẽ tã/artemiſiã/mandragorã. Ad dignitatẽ & pricipũ gratiã adiuua re cõfidũt: niſi forte eos opinio fallat. Illi ſubeſſe uolunt rubinũ/ titimallũ/matriſiluã. Diuitias & gloriã augere. In Cancri.vi.uel vii. Canis maior uenereus. Præeſt berillo/ſauinę/artemiſię/dracõ teę. Præſtat gratiã. Itẽ in.xvii.eiuſdẽ Canis minor Mercurialis & Martius. Cui ſubeſſe uolũt lapidẽ achatẽ/herbã ſolſeqam/& pule

gium. Atq; gratiam elargiri. In Leonis. xxi. Cor leonis/ſtella regia iouialis & martia. Huic ſubici putant lapidē granatū: celidoniā: maſticē. Melancoliā reprimere. Tempatū gratioſūq; efficere.

In Virginis. xviiii. Cauda urſæ maioris Venerea & Lunaris. Lapidē eius magnetē putant. Herbā cicoreā & artemiſiam. A raptoribus ueneficiiſq; tueri. In libre. vii. Ala corui dextra. Itē in eiuſdē xii. & forte. xiii. Ala ſiniſtra/Saturnia ſimul/& Martia. Eius herbā lapaciū & iuſquiamū eſſe aiūt cū lingua ranę. Audaciā augere. Fore noxiā. In eiuſdē. xv. uel. xvi. Spica uenerea mercurialiſq;. Quā ſequat̃ Smaragdus: ſaluia: trifoliū: promarulla: artemiſia: mādragora. Diuitias augeat/& uictoriā: & ab anguſtia uīdicet. Deniq; ī eiuſdē. xvii. uel. xviii. Alchameth. Huic ſubdūt biaſpidē & plātaginē. Firmare ſanguinē ſperant: febres oēs expellere. In ſcorpionis quarto. Elpheia Venerea Martiaq;. Secūdum uero computationem aliam in gradu eiuſdem quinto eſt cornea/forſan eadem. Præſidens topatio: rorimarino: trifolio: ederæ. Augere gratiam/caſtitatem/gloriam putant. In ſagittarii tertio. Cor ſcorpionis Martium atq; iouium. Pręſidens Sardonio: ametiſto: ariſtologiæ longę: croco. Opinantur colorem bonum efficere. Animum lætū ſapientemq; reddere. Dęmonia propulſare. In Capricorni gradu ſeptimo Vultur cadens: hanc ſequitur Chryſolitus: Saturegia: Fumus terrę. Stella eſt Mercurialis/atque Venerea/tēperata. In aſcendente medioq; celo prodeſt. Quod autem excantandi auctoritatem afferre dicant nihilipendo. In aquarii. xvi. cauda capricorni Saturnia/ Mercurialiſq;. Quam ſequitur Calcidonius/ maiorana/nepita/artemiſia/mandragora. Pręſtare in cauſis gratiam opinantur. Diuitias augere. Hominem ac domum īcolumem reddere. In piſcium tertio humerus equi iouialis/ & martius. Thebit phūs docet ad captandā alicuius ſtellæ modo dictæ uirtutē lapidē eius accipere/herbāq; eiuſdē: anulūq; aureū facere uel argēteū. In quo lapillū īſeraſ herba ſubiecta: geraſq; tāgentem. Id aūt efficiaſ quādo Luna ſubit ſtellā/ aut aſpicit aſpectu trino uel ſextili.

Et ſtella in medio percurrit cęlo uel adſcendente. Ego uero quę ad eiuſmodi ſtellas attinent/in formam potius medicinę q̄ anuli componerem/intrinſecus uel extriſecus adhibēdę oportunitate uidelicet prædicti temporis obſeruata. Tam & ſi priſci anulos magnifecerit. Nam Damis & Philoſtratus narrāt hiarcham ſapiētum Indorum principē ſimili quadam ratione ſeptem anulos cōfeciſſe/ſtellarum ſeptem nominibus appellatos: eoſq; Apollonio Theaneo dediſſe. Qui deinde ſingulos diebus ſingulis geſtauerit iuxta dierum nomina/hos diſtiguēs. Dixiſſe uero Hiarcham Apollonio auum ſuum phūm annos centū atq; triginta uixiſſe: eiuſmodi forſan cęleſti munere fretū. Quo & Apollonius deide uſus centeſimo etiā anno/ut aiunt iuuenem pręferebat. Deniq; ſi quid eiuſmodi anuli uirtutis habent ex alto/id quidem nō tam ad animam uel ad craſſum corpus pertinere arbitror q̄ ad ſpūm: calefacto paulatim anulo/ſic inde uel ſic affectum: ut firmior efficiat̄/aut clarior/uehemētior/ aut mitior/ſeuerior/aut lętior. Quæ quidem affectiones in corpus quidem omnino: & ī animam ſenſualem quodāmodo/ plerunq; indulgentem corpori tranſeunt. Quod autē aduerſum Dęmonas aut hoſtes/aut ad principū gratiam ꝓfuturos anulos pollicent̄: uel fictū eſt: uel inde deductū: ꝙ ſpiritum interritum/firmumq; efficiant: uel etiam manſuetum/ obſequioq; amabilem/ atq; gratioſum. Iam uero ſiquid cęleſtia præter corpoream ualitudinem/ cōferre ad ingenium/ artem/ fortunam dicerem: ab Aquinate Thomma noſtro non diſſiderē: qui in libro contra gentiles tertio probat a corporibus cęleſtibus imprimi nō nihil ī corpore noſtro: cuius munere diſponamur ad eligendum ſæpe quod melius eſt/ etiam ſi rationem finemq; neſciamuſ. Qua qdē ī re bene fortunatos appellat: atq; cōſētiēte Ariſtotele bene natos. Addit ēt uirtute cæleſti fieri nō nullos ī qbuſdā artiū effectibus efficaces (ut eius uerbis utar) ſicut miles in uincēdo: agricola ī plantādo: medicus ī ſanādo fęliceſ. Ait. n. Sicut herbę lapideſq; mirabileſ quaſdā ultra naturā elemētalē uireſ cęlitus

habent/ ſic homines quoq; in artibus non nullos habere. Mihi uero ſatis fuerit factũ/ ſi cęleſtia quomodocunq; uel quaſi per medicinas/ ſiue interiores/ ſiue exteriores ad proſperam cõferant ualitudinem/ dũmodo interea ſalutem corporis perquirentes iacturam nullam ſalutis animæ faciamus. Nihil omnino tentemus a ſancta religione ꝓhibitum. Pręterea in opere quouis conficiẽdo/ fructũ opis ab eo ſperemus atq; petamus ĩprimis: qui & cęleſtia/ & quę continent̃ cęlo/ fecit/ & uirtute donauit: mouetq; ſemper/ atq; conſeruat.

## Dignitates planetarum in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandæ. Cap. viiii.

i Aturni domus/ aquarius & capricornus. Exaltatio/ libra. Iouis domus/ ſagittarius atque piſces. Exaltatio ſiue regnum cancer. Martis domicilium/ ſcorpius/ & aries. Exaltatio capricornus. Solis ſedes quidem eſt leo. Regnum aries. Veneris habitaculum/ taurus atque libra. Exaltatio piſces. Mercurii ędes/ uirgo atq; gemini. Regnũ uirgo. Lunę domus/ cãcer. Exaltatio taurus. Saturnus & Iupiter triplicitatem habent in igneis aereiſq; ſignis. Sol in igneis tantum. Mercurius in aeriis ſolum. Mars/ Venus/ Luna in aqueis atq; terreis. Planetæ quilibet præter Solem ac Lunam in quolibet ſigno fines quoſdam ſuos poſſident: quos & terminos appellamus. Igitur ĩ ariete iupiter ſex ibi primos terminos obtinet. Venus ſex inde ſequentes. Mercurius poſteriores octo. Mars quinq; deinceps/ poſtremos quinq; Saturnus. In tauro ordine deinceps ſimili Venus fines habet octo. Mercurius ſex: iupiter octo: Saturnus quinq;: Mars deniq; tres. In geminis Mercurius ſex: Iupiter ſex: Venus quĩq;: Mars ſeptẽ Saturnus ſex. In cãcro Mars ſeptem: Venus ſex: Mercurius totidẽ: Iupiter ſeptẽ: Saturnus quatuor. In leone Iupiter ſex: Venus quĩq;: Saturnus ſeptẽ: Mercurius ſex: Mars totidem. In Virgine

Mercurius ſeptem: Venus decem: Iupiter quatuor: Mars ſeptem: ſaturnus duos. In libra Saturnus ſex: Mercurius octo: Iupiter ſeptē: Venus totidem: Mars duos. In ſcorpione Mars ſeptem: Venus quatuor: Mercurius octo: Iupiter quinq;: Saturnus ſex. In ſagittario Iupiter duodeci: Venus quiq;: Mercurius quatuor Saturnus quiq;: Mars quatuor. In capricorno Mercurius ſeptē: Iupiter ſeptem: Venus octo: Saturnus quatuor: Mars totidē. In aquario Mercurius ſeptem: Venus ſex: Iupiter ſeptē: Mars quiq;: Saturnus totidē. In piſcibus Venus duodeci: iupiter quatuor: Mercurius tres: Mars nouem: Saturnus deniq; duos. Sol aūt & Luna alia ratione fines ſuos habēt. Nam ſol quidē ſigna ſex pro finibus habet/ Leonem/ Virginē/ Librā/ Scorpium/ Sagittariū/ Capricornum. Luna uero reliquos/ Aquariū/ Piſces/ Arietē/ Taurū/ Geminos/ Cancrum. Solē igitur atq; Lunā in his ſignis eum principatum effectūq;: quem reliqui planetæ i ſuis finibus habere putant. Præter fines habent in ſignis ſuas planetę facies: quas gręci Decanos nomināt/ decem occupantes ſigni gradus. In ariete facies prima Martis: Secunda Solis: qui Martem ī cęlo ſequitur. Ordine Chaldeorum tertia Veneris: quę ſoli ſuccedit in cęlo. In Tauro prima facies Mercurii/ ſequentis Venerem: Secūda Lunæ quę Mercurio ſuccedit: Tertia Saturni. Ad hunc enī redeundum eſt/ impleto iam numero planetarum. In Geminis prima iouis ſequētis uidelicet Saturnum: Secunda Martis: Tertia ſolis eodē ordine ſimiliterq; deinceps.

## Quomodo planetis uti debeamus in medicinis Cap. x.

c Ommemorauimus aūt quas in ſignis planetæ dignitates habent ut quotiens facturi compoſituriq; ſumus quæ ad planetā aliquem attinent/ ſciamus eum in ſuis dignitatibus collocare. Prȩſertim quādo habuerit ī noſtra redutione & geneſi prīcipatū. ut etiam Saturnus atq; Mars/ alioquin deprimēdi nobis

tamen ſint erigendi ſi geniturae noſtrae ſignificatores extiterint.
Maxime uero operę pretium ex hac cōmemoratione fecerimus ſi quādo uſuri in medicinis cōficiendis beneficio Lunae/ & Veneris/atq; Iouiſ/cauebimus ne ī finibus Saturni uel Martis exiſtāt: niſi forte ubi cogimur/uel per Saturnum cohibere diſſolutionem aeſtumq; reprimere/uel p Martē frigidiſſima calefacere: torpētia ſuſcitare: alioqn fineſ Iouis & Veneris eligemuſ. Accipiemuſ quoq; Mercurii fines/Mercurialibus īprimis hominibus ꝓfuturi. Neq; latere nos debet homines ualde Mercuriales/quales ſunt/q ingenio/artificio/eloquio pollent: nō mediocriter eſſe ſolares. Mercurius.n.ſemp eſt Apolline plenus. Vt aūt quiuis intelligat qūo figuras in cęlo deſcribamus in oras! Signū quod ab oriente ſurgit primā appellamus uitaeq; domū. Quod ſuccedit in ortum/ſecundam tertiāq; deinceps aliaſq; ſimiliter: Ita ut ſeptima domus ſit ſignum/quod in occidente iam deſcendens opponitur aſcendenti. Huic octaua ſuccedit. Nona uero e medio cadit cęlo: quod decimam domū efficit. Huic ſuccedit undecima. Sed duodecima cadit ab aſcendēte. Vt igitur planetae ſint potentes/ habēdi ſunt in angulis uel orientis/ uel ocidētis/ uel medii utrinq; cęli. Maxime uero in angulo aſcendentis/aut decimę/medium ſupra caput obtinentis caelum/aut ſaltē ī plagis quae angulis mox ſuccedūt. Tam & ſi Solem quidem in nona/ quae a medio cadit caelo: Lunā uero in tertia etiā cadente gaudere putant. Duas inter hęc regulas mente teneri Aſtrologi uolunt. Vnam quidem aegrotantis ratione: Alteram uero medici. Nēpe ubi egrotātis ſeptima domus per Saturnum uel Martem īfortunata eſt: uel dominus eius infęlix: ſepara medicum ab aegroto/ſi Ptolemęo credis. Praeterea medicum electurus Saturnium Martialmeq; declinare iubēt: eumq; perquirere: ī cuius genitura domus ſexta per aſpectum ſolis/uel per Venerem aut Iouem quomodocunque fuerit fortunata. Infortunatum uero dicimus ſignum uel planetam p Saturnū/ aut Martē: niſi ꝓpria domicilia ſint/uel regna: quādo uidelicet uel ibi

ſunt uel illuc aſpiciũt oppoſito/ uel quadrato. Oppoſitum uero aſpectum dicimus īter illa quę interuallo diſcrepãt q̄longiſſimo. Quadratũ uero/ubi hoc ab illo quarta parte cęli.i.ſignorũ trium ſpatio diſtãt. Minus tamẽ ꝑ cõiũctionẽ oppoſitũ quadratũ Saturnus & Mars planetis aliis nocẽt: quando tanq̄ hoſpites eos domicilio uel regno ſuo termino ue ſuſcipiunt. Quẽadmodũ planetæ fęlices magis ꝓſunt/quãdo pręter ſextilẽ trinũ ue aſpectũ/atq; coniũctionẽ/ẽt ut diximus ſic excipiũt: Solis tamen coniũctionẽ planetæ uerent̃: aſpectu gaudent/trino uidelicet uel ſextili. Proinde neceſſariũ eſt meminiſſe Arietẽ pręeſſe capiti atq; faciei: Taurum collo: Geminos brachiis atq; humeris: Cãcrum pectori/pulmonibus/ſtomacho/lacertis: Leonẽ cordi/& ſtomacho/atq; iecori/& dorſo/& coſtis poſterioribus: Virginem inteſtinis & fundo ſtomachi: Librã renibus & fęmori atq; natibus: Scorpionẽ genitalibus uuluæ/matrici: Sagittarium fęmori atq; ſubinguinibus: Capricornum genibus: Aquarium cruribus tibiiſq;: Piſces pedibus.

Huius.n.ordinis memor cauebis mẽbrũ tãgere ferro/ uel igne/ uel cucurbitulis/quãdo luna ſub eius ſigno diſcurrit. Tũc.n.auget luna humores ĩ mẽbro. Quorũ affluẽtia & cõſolidationẽ ꝓhibet/& grauat mẽbri uirtutẽ. Obſeruabis ãt tũc mẽbrũ remediis q̄buſdã amicis uel extra uel ĩtus adhibitiſ oportune fęliciterq; fouere. Expedit uero noſſe quod ſignũ adſcẽderit tibi naſcẽti. Nã pręter arietẽ hoc ẽt tibi caput ſignificat: atq; ĩ hoc luna tibi caput aſpicit. Præterea quãdo Luna arietẽ ſubit oportune balnea tentas & lauacra: Quãdo cãcrũ feliciter minue ſãguinẽ: Medicinã accipe præſertĩ electuarii formã: Quãdo eſt ĩ leone ne ꝓuoca uomitũ: Cũ in libra/clyſteribus apta ẽ: In ſcorpione balnea nec tentes. Sunt qui medicinã ſoluturã dare nec ꝓhibent/neq; iubent. In capricorno medicinã ſũmere nocet. Similiter in aquario. In piſcibus uero ꝓdeſt. Quæ uero mẽbra in quouis ſigno unuſq̃ſq; habeat planetarũ/& ſi ſcitu neceſſum/eſt tamen narratu prolixum. Neq; uero ĩ purgatione alui latere nos debet Ptolemęi pręceptũ. Medĩ

cinam accipe purgatoriā/quādo Luna eſt in Cancro/piſcibus/ſcor pione probamus: præſertim ſi dominus ſigni tūc aſcendentis ap plicet ſe planetæ ſub terra currēti. Sin aūt aſcendētis dominus cō iūgat̃ interea ſupra caput cū planeta mediū tenēte cęlum: nauſea ſtatim & uomitus incitabit̃. Deniq; cōcludamus cum Galieno aſtrologiā eſſe medico neceſſariā: qui de criticis diebus diſputās ait/certā eſſe ægyptiorū ſententiā: ideſt Lunā ſignificare affectionē indies ægrotantis/atq; ſani/adeo ut ſi miſceant̃ cū Luna radii Io uis & Veneris/bene afficiat̃ uterq;: Sin aūt Saturni uel Martis: cō traria ratione ſe habeat. Sed latius iam peruagati ad ſpūm tandē & uitam atque gratias reuertamur.

Quibus modis ſpiritus noſter haurire plurimū poteſt de ſpiritu uitaq; mundi. Et qui planetæ ſpūm procreant atq; recreāt: Et qua lia ad unūquēq; planetā pertinent. Cap. xi.

h Vc uero tendunt hæc oīa ut ſpūs noſter rite per naturalia præparatus atq; purgatus accipiat ab ipſo uitæ mūdanæ ſpiritu plurimū per radios ſtellarū oportune ſuſceptos. Vita qdē mundi oībus inſita ꝓpagat̃ euidēter ī herbas & arbores: quaſi pi los ſui corporis atq; capillos. Tumet inſup ī lapides & metalla/ uelut dētes & oſſa. Pululat quoq; ī uiuētes cōchas terrę & lapidi bus adhęrētes. Hęc. n. nō tam ꝓpria q̄ ipſa cōmuni totius uita ui uunt. Que ſane cōmunis uita multo ēt magis ſup terrā in corpo ribus uiget ſubtilioribus tanq̄ ꝓpinqoribus aīę. Per cuius uigo rē intimū/aqua/aer/ignis uiuētia ſua poſſidēt: atq; mouent̃. Vita hæc aerem ignemq; etiā magis q̄ terram/ & aquam fouet agitatq; perpetuo motu. Et deniq; cæleſtia corpora quaſi mūdi caput uel cor uel oculos q̄maxime uegetat. Vnde p ſtellas uelut oculos ra dios nō uiſibiles ſolū: ſed ēt uiſuales uſquequaq; diffundit. Qui bus more ſtruti/ut diximus alibi inferiora conſpicit/ fouetq; ui dēdo īmo ēt ita tangēdo generat & format oīfariam/atq; mouet.

Aſtrologia [illegible]

Igitur ad motum nitentis aquæ:ſereni quoq; aeris:igniſq; mode
rate diſtãtis:atq; cęli:motũ mũdanæ uitæ ſuſcipies. Si ipſe quoq;
leniter/& ferme ſimiliter mouearis:quoſdã ꝓ uiribus giros agẽs/
uertigine deuitata:cęleſtia luſtrãs oculis/mente uerſãs. Itẽ fre
quenti quodã uſu plantarũ ſimiliterq; uiuentiũ/potes e mũdi ſpi
ritu plurimũ haurire. Præſertim ſi adhuc uiuẽtibuſ recentibuſq; &
matri terrę quaſi adhuc hęrentibus nutriaris/atq; fouearis. Inter
plãtas ſuauiter redolẽtes: uel ſaltẽ nõ male olentes uerſeris q̃fre
quentiſſime. Omnes.n.herbæ flores arbores poma redolẽt:q̃uis
ſæpe minus aĩaduertas. Quo qdem odore quaſi flatu ſpũq; uitæ
mũdanę te undiq; recreãt atq; uegerãt:ſpũm inq̃ tuum odoribus
eiuſmodi natura ſimillimũ:perq; ſpũm mediũ inter corpus & ani
mam/facile corpus quoq; reficiũt/& animæ mirifice ꝓſunt. Inter
hæc diutiſſime diurno tempore ſub diuo uerſaberis: quatenus
tuto uel cõmode fieri poteſt/ i regionibus altis & ſerenis/atq; tẽ
peratis. Sic enĩ Solis ſtellarũq; radii expeditius puriuſq; undiq;
te cõtingunt:Spũmq; tuũ complẽt mundi ſpũ per radios uberius
emicãte. Pręterea naturalis ipſe motus aeris/qui ꝑpetuus eſt in
orbem:q̃uis ob lenitatẽ ſuã/cõſuetudinẽq; diuturnã uix ꝑcipiat̃
ab ullo/te die ſub diuo deambulãtem/habitantẽq; in patẽtibus
editiſq; locis libere lãbit/penetratq; pure: Ac motũ uigorẽq; ſpũi
tuo mũdanũ mirifice præſtat. Dixi eqdem die. Comptũ.n.habe
mus nocturnũ aerẽ eſſe ſpiritibus inimicum. Conferet aũt diurni
uſus:pręſertĩ ſi plurimũ in apto deãbulãs/ deuites primo qdẽ ni
miã aeris intempꝑiem. Deinde frequentius mouearis/in eo quan
do pręter tẽperiem & ſerenitatem eius/ ſtellarũ poſitio magis eſt
hominibus ſalutaris. Item ſi loca eligas pręceteris odorifera:per
quę ſitũ quotidie mutes:& ipſe quaſi continue/& leniter mouea
ris. Mutare locũ q̃uis ſemꝑ cũ delectu præcepi:quoniã bona cęle
ſtium & uniuerſę naturę apud nos ſunt rebus lociſq; aliis paſſim
atq; aliis diſtributa:quibus deniq; oĩbus eſt fruendum. Mitto ꝙ
uarietas tedium prohibet ſpiritibus inimicum/ ꝓpriũq; Saturno

Voluptatem uero affert:ꝑ quam ( ut ita dixerim ) Venus ipſa uo
luptatis amica uenit in ſpiritũ: Atq; quod eius officium eſt/hunc
ſtatim ingreſſa ꝓpagat. Sũmatim uero ſiqs cõſideret paradyſum/
& pomi uitę uſum apud Moyſem. Itẽ ſimilẽ uictũ a Platone poſi
tum ĩ Phedone/& quæ Plinius de populis ait odore uiuẽtibus/
intelliget eſſe uera quę dicimus. Sed ad naturam ſpũs deſcenda
mus. Spũs quidẽ qualitas eſt ꝓculdubio Iouia: Cuius tẽpore no
bis infundiť. Eſt & ſolaris. Iuppiter. n. hunc infundit/ quatenus
ingẽtem Solis in ſe tempat poteſtatẽ. Item alia quoq; ratione Io
uia eſt: quoniã calida eſt/& humida/ & calore abundat potius q̃
humore: naſciťq; ſanguine: & uapor quidã ſanguineus appellať.
Rurſus quoniã feruet/& ſubtilis eſt admodũ/ atq; lucẽs/oriturq;
corde/ſolaris ꝓculdubio iudicatur. Habet & quodãmodo Vene
ream ĩ ſe uirtutẽ. Nã motu Venereo ꝑſus exundat/ꝓfluit/ tranſ
fertur/prolẽq; propagat: ad uoluptatem cuiuſlibet ſenſus ſe dila
tat/refugitq; dolorem. Sũmatim uero ſpiritus quatenus corpori
ad uitã & motum ꝓpagationẽq; cõducit/ Iouius/Venereus/Sola
ris exiſtimať. Quatenus aĩo ad ſẽſum imaginationẽq; miniſtrat/
Solaris/Mercurialiſq; cenſeť: & ubiq; Mercurialis exiſtit. Quãdo
qdẽ adeo mobilis eſt/& tã facile conuertibilis atq; formabilis. Sa
turni/Martis/Lunæ ſanus cõiter ſpũs nõ multũ habet. Alioqn ex
illo ſępe ſtupidus/ex hoc furioſus/ex hac obtuſus quodãmodo
foret. Quã ob rẽ lunaria qdem uelut craſſiora ſimulq; humidio
ra a ſubtili & uolatili natura ſpiritus ſũt admodum aliena. Quæ
uero Saturnalia multum/atq; nimium Martialia ſunt/quaſi uene
na ſũt: ſpiritui naturaliter inimica. Illa qdem ob extremã frigidi
tatem/atq; ſiccitatẽ: hęc autẽ ob ſiccitatẽ/caloremq; edacem. Iouia
igiť & Solaris imprimis. Deinde Mercurialis & quodãmodo Ve
nerea: ſpũs natura cenſeť. Diſtinctione uero præcipua ſpũs quidẽ
naturalis Ioui proprie dedicať: uitalis autẽ Soli: aĩalis uero Mer
curio. Quãdo igitur res poſtulat aliquem e tribus ſpiritum adiu
uare/patrono tunc ſuo infortunato/uel debili/ nõ facile cliẽtulo

ſuccurrere poteris. Difficillime uero ſpiritui animali: dum Mercurius infęliciter eſt affectus: Qui tantā in animali ſpū auctoritatē habet/ ut caduceo quodā ſuo animos tum conſopire/ tum ſuſcitare dicaꝛ: ideſt ſuo quodā aſpectu ſic aut aliter ſe habēte obtundere īgenium/ uel acuere: debilitare/ ſiue corroborare: uexare/ uel ſedare mirifice poſſit. Tu igiꝛ quotiēs ſpiritū aliquē ſtudes excolere/ nō modo patronū ſuum obſeruabis fortunatū atq; potentem: ſed etiam Lunā eliges ad hunc oportune directā. Non creaꝛ aūt neq; recreaꝛ aliquādo ꝓprie per influxū Saturni ſolum ſubſtantia ſpūs: ſed ſemꝑ ab externis ad intima/ & ſępe ab imis reuocaꝛ ad ſumma. Vnde ad ſecretiora & altiora contemplanda cōducit. Poteſt tamē & ſi raro uis Martis atq; Saturni ſpūi tanquā medicina prodeſſe: uel calefaciēdo cū opus fuerit & excitando atq; dilatando: uel uiciſſim nimis uolatilē cohercēdo. Per ea uero potiſſimū quæ quattuor illis planetis cōſentanea ſunt/ creatur natura ſpūs/ atq; recreaꝛ. Verum ſi ad Solaria quælibet ualde/ & abſq; delectu declines/ exacues illū/ & exſiccabis tandē atq; diſſolues. Si ſimiliter ad Venerea liquefacies paulatim/ uel obtūdes. Si cōfidas tantum Mercurialibus parum admodū inde ꝓficies. Erit igitur opę pretium: Iouialibus uti q̄plurimū: eiſq; reliqua mediocriter admiſcere: ac frequētius uti rebus/ quæ uel his oībus æque ſint cōmunes/ uel ꝓprię Ioui. Nam hæ quoq; omnibus quodāmodo ſūt cōmunes. Cōmuniter āt ad hos oēs attinet/ quæ ſubſtantiā habēt/ nec igneā nimis: nec prorſus terreā: nec ſimpliciter aqueā: nec acutiſſimā: nec obtuſiſſimam qualitatem: ſed mediocrem: & tactu lenem: & quodāmodo mollē: uel ſaltē nō duram: ſiue aſperam: itē guſtu quodāmodo dulcē: olfactu ſuauē: uiſu gratam: auditu blādam/ atq; iucūdam: cogitatu lętam. Dulcedo igitur quædā ſaporis/ & gratia his oībus eſt cōmunis. Si dulcedo quaſi aquea eſt/ & ſimul pīguis/ ad Venerem magis attinet. Si quaſi inſipida/ uel aliquantū auſtera/ potius ad Mercurium. Atq; hęc ſpiritui non multum proſunt: neceſſaria tamen ſunt īterdū/ ad hebetandū nimiū

eius acumen. Si dulcedo manifeſta ſit/atq; ſubtilis/& paulum ha
beat ſtiptici acutiq; ſaporis/Iouialis proprie iudicaẽ. Cui cõgruit
ſubſtãtia dulcis amigdalę: pinei nuclei: auellanę: piſtacii: amidi:
glycirhizę: paſſularum: uitelli oui: carniũ gallinacei pulli: faſiana
rum: pauonũ: perdicũ: ſimiliumq;. Item radicum been/atq; enulę.
Rurſũ uini odoriferi/clari/aliq̃tum dulcis/& ſtiptici: ſacchari can
didiſſimi: tritici albiſſimi. Ad Iouẽ pertinet etiam mãna/ſi modo
mirobalani infuſa uirtute firmeẽ. Alioqn nõ minus ad Venerem
attinet q̃ ad Iouem. Hæc eſt utiq; ſubſtãtia dulcedoq; Iouis pro
pria: quę ſane ſpiritui creando & recreãdo ante oĩa confert. Iouia
uero plurimum ſũt omnia: quę in libro de lõga uita diximus/&
ſeruare iuuentutẽ/& ſenibus ſalubria fore. Sin autẽ dulcedo ad
modũ pauca ſit/ multũq; acuti ſtipticiq; habeat/ uel etiã nõ nihil
amari/ſolaris eſſe cenſeẽ. Similis quædã ratio eſt/& diſtinctio de
odoribus. Hi.n. ſaporum germani ſũt. Similis etiã de coloribus.
Colores ſane aquei/albi/uirides/aliq̃tum crocei/ſimiles uiolarũ/
roſarum/liliorũ coloribus: necnõ odores eiuſmodi Venerem refe
runt/& Lunã atq; Mercurium. Colores uero ſaphirii/q etiã dicun
tur aerei. Item purpurei pleniores/aureiq; argento mixti/& perpe
tuo uirides/Iouẽ. Ardentes aũt crocei: aurei puri: purpurei clario
res/Solem. Quilibet uero colores ſi uiui ſint uel ſaltem ſericii ma
gis ſtellares exiſtunt. In metallis quoq; & lapidibus atq; uitris
propter cæleſtem ſimilitudinẽ ſunt potentes. Sed ut redeamus
ad Iouem: ſapor & odor eius quaſi eſt/qualis in aureo pomo per
ſico/ſimiliq; piro/uel arãceo/& uino maluatico leuiore/leuiq; uer
naceo. Qualis in uiridi zinzibere/uel cinnamomo/uel dulci ma
ratro/uel doronico: ſi hæc plurimo ſaccharo condita guſteẽ. Nã
quattuor hæc/& nux muſcata recẽs ſola ſi ſũt/potius ſolaria ſũt:
ſolaris & chariophilus/& muſcus ſed odoratu nõ guſtu nõ aſpec
tu. Ambra ſolaris plurimũ atq; iouia. Crocus ĩ oĩbus ẽ ſolaris: tã
etſi color eiuſ/& odor apud aſtrologos oĩbus gratiis dedicaẽ. Sa
por aũt ad Solẽ proprie pertinet. Deniq; omnia odorifera & aro

matica:quatenus odorem gratum ferunt: ita ad Iouem Venerẽq;
& Mercurium pertinent/ut ad Solem. Quãuis inter hæc acutiora
magis ad Solem/ obtuſiora ad Venerem/ Mercuriũq; potius: Ad
Iouem proprie tempata/ olfactu/guſtu/ auditu/uiſu/tactu. Soni
qnetiam cãtuſq; grati blandiq; ad gratias omnes ſpectant/atque
Mercurium. Minaces aũt admodũ atq; flebiles Martem præferũt
& Saturnũ. Neq; uero mireris nos multũ coloribus/odoribus/
uocibus attribuere. Nam ſapores qdem ad ſpũm præcipue perti
nent naturalem: odores aũt potius ad uitalem/animalẽq;. Colo
res figuræ uoces ad animalem. Motus quoq; animi uel lętus/uel
moeſtus/uel conſtans ſpũm ad ſimilitudinẽ ſuam agitat uehemẽ
ter. Animalẽ primo: per hunc uitalẽ: per hũc inſup naturalẽ. Spũs
tandẽ omnis qa ob naturã quodãmodo igneã/aeriãq; omnino/
& lucidam/atq; mobilẽ/ſimilis eſt luminibus: ideoq; coloribus/
& uocibus aereis/& odoribus/motibuſq; animi: ideo ꝑ hęc ſubi
to in utranq; partem mouetur/atq; formaẽ. Et qualis euadit ipſe/
talem uiciſſim efficit quodãmodo affectum animi/& omnino cor
poris qualitatẽ. Deniq; cum primũ per illa/quę gratiarũ propria
ſunt: oportune gratiis eſt expoſitus/utpote q & naturaliter illis
conſentaneus erat/ſtatim ꝑillarum radios/tum ubiq; uigẽtes/tũ
ipſi germanos: mirifica reportat munera gratiarum.

Res naturales atq; etiã artificioſę habẽt uirtutes a ſtellis occul
tas: ꝑ quas ſpũm noſtrũ ſtellis eiſdẽ exponũt. Cap. xii.

c Vm uero dicimus ſpiritum exponi gratiis per illa quæ
ſunt gratiarum: nõ ſolum ꝑ qualitates: quæ uidentur/
audiuntur/ odorantur/guſtantur: ſed etiã per illas/ quæ tangun
tur accõmodari putamus. Memẽto igiẽ calidũ in primo gradu Io
uis eſſe. In ſecundo Solis cum ioue. In tertio Martis cum Sole. In
quarto Martis. Frigidum in primo Veneris. In ſecundo Lunæ. In
tertio Lunæ cum Saturno. In quarto Saturni. Humidum ĩ primo

Mercurii cum ioue. In ſecũdo Veneris cum Luna. In tertio Lunæ
cũ Venere. In quarto Lunę/quando Veneri Mercurioq; cõiungit̃.
Siccũ in primo iouis. In ſecũdo Mercurii cum Sole. In tertio Solis
cũ Marte. In quarto Martis cũ Saturno. Sũmatim ex qualitatibus
planetarũ/ quas Ptolemęus deſcribit ĩ quadripartito colligimus
harmoniã ex cũctis conflatã ad calorẽ humorẽq; declinare. Calor
.n. Martis ingens atq; Solis:& tẽpatus iouis ingentẽ ſupat Satur
ni frigiditatẽ:& Veneris Lunæq; exiguã: ita ut calor ibi frigus ex
cedat. Itẽ humiditas Lunæ Veneriſq; plurima & ꝓpinqua nobis
atq; tẽpata iouis/ſiccitatẽ Saturni Martiſq; multã ſupat/& tẽpatã
ſolis. Calor igit̃ humorq; frigori ſiccoq; dominant̃: atq; ſimiliter
calor humori. Quẽadmodũ in ſani corporis homine ad cæleſtem
cõſonantiã tempato ex calore & ſiccitate cordis/ itẽ calore & hu
more iecoris/rurſum frigore & humore cerebri coaleſcit cõplexio
quędã ad calorẽ humoremq; uergens mediocriter calore regnãte.
Calor enim cordis & iecoris frigus cerebri ſupat. Itẽ humor ieco
ris atq; cerebri ſiccitatem cordis excedit. Neq; uero pretermiſſum
a nobis uelim/talem exiſtere ex ſtellis fixis harmoniam cunctis
cõmunẽ qualẽ diximus ex planetiſ. Hoſ.n. illis ſimiles aſtrologi
putãt. Quorſum hæc? Vt memineris ſpũm corpuſq; noſtrũ ꝑ tem
periem quandã ad calorẽ humorẽq; uergentẽ/uel natura conſtan
tẽ uel arte quæſitã accomodari poſſe cæleſtibus: ſibiq; cæleſtia uẽ
dicare. Neq; tamen dicimus ſpũm noſtrum cæleſtibus dũtaxat
per qualitates rerum notas ſenſibus præparari. Sed etiã multoq;
magis per proprietates quaſdã rebus cęlitus inſitas/ & ſenſibus
noſtris occultas/rationi uix deniq; notas. Nam cum ꝓprietates
eiuſmodi/earũq; effectus elemẽtali uirtute cõſtare nõ poſſint/cõſe
quẽs ẽ/a uita ſpũq; mũdi ꝑ ipſos ſtellarũ radios ſingulariter ꝓfici
ſci: ideoq; ꝑ eas ſpũm affici q̃plurimũ atq; q̃primũ: cęleſtibuſq; in
fluxibus uehemẽter exponi. Hac utiq; rõne ſmaragdus/ iacitus/
ſaphirus /topatius/rubinus/unicorni cornu/præcipue uero lapis
bezaar/apud Arabes appellatus: occultis gratiarũ ꝓprietatibus

prædita ſunt. Et idcirco non ſolũ intus aſſũpta: ſed ẽt ſi carnẽ tan
gant: ibiq; calefacta uirtutẽ ſuã promãt/uim inde cæleſtem ſpiriti
bus inſerunt: Qua ſe cõtra peſtẽ tuẽt atq; uenena. Quod autem
hæc ſimiliaq; tale aliqd agant uirtute cęleſti/id argumẽto eſt/ qa
etiã exiguo põdere ſũpta non exiguũ habent ĩ agẽdo momentũ.
Quod elemẽtari qualitati uix unq̃ eſt conceſſũ igni uidelicet ual
de cæleſti. Materialis.n.uirtus ut agat multũ: materiã deſiderat
multã: Formalis aũt etiã cum minima materia ualet plurimũ. Sĩ
mili uirtute ĩprimis phębea peonia carnẽ tangens/contra caducũ
morbum ſpũs armat/uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus
& Calcidonius aduerſũ atræ bilis illuſiones Iouis præcipue Ve
neriſq; uirtute. Cęteraq; ſimiliter. Eiuſmodi quadã ꝓprietate mĩ
robalani iuuentutẽ ſeruant/acuuntq; ſenſus/& ingenio ꝓſũt atq;
memorię: pp Iouẽ imprimis Saturni tẽperatorẽ/atq; Mercurium ſen
ſus amicũ. Quã quidẽ arborẽ forte aliqs in paradyſo ad uitã ꝓro
gandã extitiſſe putabit. Mercurio lapidẽ Achatẽ cõſecrãt. Vnde
phyſici cõueniunt ad facundiã uiſũq; & contra uenena ualere. Se
rapio ſcribit/ eum q iacintũ uel ex eo ſigillũ geſtat/ eſſe a fulgure
tutum: atq; hãc uirtutẽ eius eſſe latiſſime diuulgatam. Quã ſi ha
bet/ab Ioue putamus habere. Lapis echites uel aqlinus habet a
Lucina.i. Venere atq; Luna/ut admotus uuluæ partũ mox/ & fa
cillime citet. Quod Raſis confirmãte Serapione frequẽter ſe dicit
expertum. Forſan & a Phoebo q trãſfixit pythonem cretea dicta
mus habet/ ut & uenenoſis obſiſtat: & ferrum e uulnere trahat.
Solis uirtute zinziber infuſũ epulis arcet ſincopim. Sentiana ca
nis rabiẽ ſedat: fugatq; ſerpẽtes. Berbena uaticiniũ/præſtare ferẽ/
letitiãq;/& expiationes: & uiſum. Ruta & cedoaria cõtra uenena
theriacã agũt. Thus uitalẽ & aĩalẽ ſpũm aduerſus hebetudinem/
obliuionẽ/timorẽ fulcit. Saluia uero mẽtaq; uirtute Iouis/illa q
dem paraliſim fugat: hęc uel odore roborat animũ. Eadẽ uirtute
Pentaphillõ reſiſtit uenenis: eiuſq; foliũ bis quotidie unũ uino
bibitũ curat ephimerã: tria tertianã: quattuor uero quartanã: hac

herba ſacerdotes antiqui propter puritatem ſuam ī purificationi bus utebantur. Agnus caſtus poteſtate Saturni Venereum ſiſtit motū. Hiaſpiſ uero ſanguinem. Mirabiles āt ꝑuenire ſolent effec tus/ubi occultæ ꝓprietati proprietas ſeruit elemētalis/uelut ī mi robalano ad ſpūm corpuſq; firmandū: nō ſolū uirtus illa cæleſtis agit/ſed etiā ſtiptica multū: nec parum aromatica uirtus: quæ pu trefactionē diſſolutionemq; mirifice ꝓhibet/ ſpiritumq; corrobo rat. Iam uero ut crocus petat cor/ ſpiritum dilatet/prouocet riſū: non ſolū occulta Solis uirtus mirabiliter efficit: ſed ad idē quoq; conducit ipſa natura croci ſubtilis/amplificabilis/aromatica/luci da. Quod autē de ſimplicibus dico/ de cōpoſitis ſimiliter dictū intelligi uolo. Dic age Theriaca quomodo contra uenenum no bis opituletur. Non educit illa uenenum. Aſtringit enim aluum: nō mutat omnino tā ſubito ueneni naturā. Nō enī hæc adeo de bilis eſt/atq; mutabilis: Sed ſpiritū uitalem potius ualde tenuē/ & mutabilem/ſubito conformi quada ad ipſum proportione cor roborat uſqueadeo/ ut ipſe iam ualidus tanq̄ agēs/una cum the riaca uelut inſtrumento: partim ſuperet uenenum: partim mutet: partim a precordiis arceat. Sed qua nam proportione ſiue uirtu te id efficit theriaca? Iouiali ſimul atq; phoebea: quā ex cōmixtio ne multarū rerum ſecūdum certam proportionē inuicem confuſa tum ſibi uendicauiſſe uidetur. Eſt autē in ea uirtus triplex. Hæc ipſa inquā cæleſtis: quam modo dicebam. Item celeſtis alia prius in herbis aromatiſq; proprietas: quibus electis ipſa rite componī tur/quæ uirtuti prius dictæ ſubminiſtrat ad idem. Eſt īſuper alia uirtus in pleriſq; partibus eius/elemētalis potius/ q̄ cæleſtis. Ve rūtamen talis: ut ſpiritui muniendo conducat. Stipticam dico & aromaticam qualitatem. Illa quidem ſpiritum firmat. Iſta fouet. Mirabilem ergo theriaca uim nacta eſt contra properantem ſenec tutem atq; uenenum: tribus uidelicet ī ea uirtutibus ad idem pa riter cōſpirātibus. Quarum una quidem eſt cæleſtis per artificio ſam acqſita cōmixtionem. Alia celeſtis iterum: ſed partibus eius

naturaliter inſita. Alia prorſus elemẽtalis. Sed illa quam prius di xi/cælitus acquiſita/multo etiam foret admirabilior:ſi nõ ſolum proportione Iouia Solarique/ & ex rebus eiuſmodi conflaretur: ſed etiam oportunum ad hoc obſeruatione cęleſtium tempus eli geretur. Nam quẽadmodum corpus ſe habet ad locum/ atq; tem pus/ ita motus & actio ſe habet ad tẽpus. Sicut ergo certa paſſim corpora eorumq; formæ certis & locis/ & temporibus coaleſcũt/ atque ſeruantur:ſic & proprie quædam actiones ex propriis qui buſdam temporibus efficaciam nanciſcuntur: Idq; in Alcibiade ſignificat Socrates: & Proculus explicat. Quod ſane Pythagoras animaduertẽs/ ipſum bonum perfectionemq; rerum/ oportunita tem cognominauit. Primum nãq; principium Sic apud Pythago ram & Platonem omnium eſt menſura/ ut aliis corporibus actio nibuſq; alia loca diſtribuerit atque tempora. Vnde ſicut res quæ dam non alibi q̃ hic/nec alias q̃ tunc proprie naſcuntur fęliciter/ & coaleſcunt/atq; ſeruãtur: ſic & materialis actio/motus/ euẽtus talis/ aut talis/non alias efficaciam ſortitur/ effectumq; perfectũ/ q̃ quando cæleſtium harmonia ad idem undique conſonat:quæ ſane harmonia tantam habere poteſtatẽ exiſtimatur/ut non ſolũ agricolarũ laboribus/atque medicorum artificiis per herbas aro mataque conflatis:ſed etiam imaginibus:quæ apud aſtrologos ex metallis lapidibuſque fiunt/uirtutem ſæpe mirificam largiatᷣ.

Sed imagines caput iam proprium exigunt. Quantum uero ad horas pro actionibus & operibus eligẽdas pertinet/plurimũ confirmatur a Prolemęo/ubi ait in centiloquio/qui eligit quod melius ẽ/nihilo differre uidetur ab eo/ qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cęleſtium/tum arbitrii electioniſq; noſtræ poteſtatem confirmare uidetur. Albertus quoque Magnus in quit in ſpeculo: Non enim libertas arbitrii ex electione horę lau dabilis cohercetur: Sed potius in magnarum rerum inceptioni bus electionem horæ contemnere: eſt arbitrii præcipitatio non li bertas.

De uirtute imaginum ſecundum antiquos/ atq; medicinarum cę
litus acquiſita. Cap. xiii.

P Tolemęus ait in cẽtiloquio/ rerum inferiorum effigies
uultibus cæleſtibus eſſe ſubiectas. Antiquoſq; ſapiẽtes
ſolitos certas tũc imagines fabricare/ quãdo planetę ſimiles in cę
lo facies/ quaſi exẽplaria īferiorũ ingrediebanṫ. Quod qdẽ Haly
cõprobat ibi dicens: Vtilem ſerpẽtis imaginẽ effici poſſe: quando
Luna ſerpentẽ cæleſtẽ ſubit/ aut fęliciter aſpicit. Similiter ſcorpio
nis effigiẽ efficacẽ: quãdo ſcorpii ſignũ luna īgrediṫ: ac ſignũ hoc
tenet angulũ ex quattuor unũ. Quod in ægypto ſuis tẽporibus
factum ait: ſeq; interfuiſſe: Vbi ex ſigillo ſcorpionis in lapide Be
zahar/ ita facto/ īprimebaṫ thuri figura: dabaṫq; in potũ ei/ quem
ſcorpius ipſe pupugerat: ac ſubito curabaṫ. Quod quidẽ utiliter
effici Hahamed phyſicus affirmat/ cõfirmãte Serapione. Præterea
narrat Haly/ notum illic ſibi uirũ ſapiẽtem induſtria ſimili feciſſe
imagines quę mouerenṫ: qualẽ effectã neſcio qũo legimus ab Ar
chita. Quales & Triſmegiſtus ait: ægyptios ex certis mũdi mate
riis facere cõſueuiſſe: & in eas oportune aĩas Dęmonũ inſerere ſo
litos: atq; aĩam aui ſui Mercurii: itẽ Phębi cuiuſdã/ & Iſidis/ Oſy
ridiſq; ſic in ſtatuas deſcendiſſe profuturas hominibus: uel etiã
nocituras. Huic illud ſimile. Prometheũ figmento quodam lu
teo/ uitã rapuiſſe/ lucemq; cęleſtem. Magi quinetiã Zoroaſtris ſec
tatores/ ad euocandum ab ecate ſpiritum utebãtur aurea quadã
pila caracteribus inſignita cæleſtiũ: Cui & ſaphyrus erat inſertus
& ſcutica quadam facta tauri corio uertebatur: atq; interim excã
tabant: Sed cantiones equidem libenter obmitto. Nã & Pſellus
Platonicus eas īprobat/ atq; deridet. Hebrei quoq; in ęgypto nu
triti ſtruere uitulũ aureũ didicerũt: ut eorundẽ aſtrologi putãt ad
aucupandũ Veneris Lunęq; fauorẽ cõtra Scorpionis atq; Martis
īfluxũ iudeis infeſtũ. Porphyrius quoq; ī epiſtola ad Anebonẽ/
imagines efficaces eſſe teſtaṫ: additq; certis qbuſdam uaporibus

qui a propriis ſuffumigationibus exhalabant aerios Dęmonas
inſinuari ſtatim cōſueuiſſe. Iāblichus in materiis quæ naturaliter
ſuꝑis cōſentaneę ſint & oportune riteq; collectæ undiq; cōflatęq;
fuerint uires effectuſq; non ſolū cæleſtes: ſed ēt Dęmonicos / & dĩ
uinos ſuſcipi poſſe cōfirmat. Idē omnino Proculus / atq; Sineſius
Oꝑa quidē ad ſalutē mira / quæ a medicis ĩ aſtrologia ꝑitis / ꝑ res
ex multis cōpoſitas. i. pulueres / liquores / unguēta / electuaria fie
ri poſſūt: probabiliorē in ſe rōnem & notiorē q̃ imagines habere
uidenť. Tū ꝗa pulueres / liquores / unguēta / electuaria oportune
cōfecta cæleſtes ĩfluxus facilius citiuſq; ſuſcipiunt q̃ materiæ du
riores: ex ꝗbus imagines fieri cōſueuerunt: tum ꝗa uel aſſūmunť
ĩtus affecta iā cælitus: & ĩ noſ cōuertunť uel ſaltē admota foris in
hęrent magis / & deniq; penetrāt: tum etiam quoniā ex uno quo
dam dūtaxat / aut ꝑpaucis imagines cōſtruunť. Illa uero ex q̃plu
rimis cōflari pro arbitrio poſſunt. Vt ſi cētū Solis Iouis ue dotes
per centū plantas & aīalia ſimiliaq; ſparſę fuerint cōponere ſimul
hęc centū tibi cōpta poſſis / & in unā conficere formā. In qua Solē
ferme Iouēq; totū iam uidearis habere. Scis ꝓfecto naturam infe
riorē / nō poſſe uno quodā capere cūctas ſuperioris naturę uires.
Ideoq; illas ꝑplures apud nos naturas eſſe diſpſas. Cōmodiuſq;
per oꝑa medicorū / atq; ſimilia / q̃ ꝑ imagines colligi poſſe. Proinde
imagines ex ligno cōfectæ uim forte paruā habent. Nā lignum &
forſan durius ē ad cęleſtē influxū facile capiēdū: & minus tenax /
ſi accepit / retinendū: & omnino poſtq̃ ex matris terræ uiſceribus
eſt euulſū: paulo poſt ferme totū amittit mūdanæ uitæ uigorē: &
facile ĩ qualitatē aliā trāſmutať. Lapilli uero atq; metalla / & ſi ad
accipiēdum cæleſte munus duriora uidenť / diutius tamē retinēt /
quod cōfirmat Iamblichus / ſi accepint. Sua nēpe duritia ueſtigia
quoq; donaq; uitę mūdanę poſt euulſionē diutiſſime cōtinēt quę
quōdā hærētia terræ poſſederāt. Quāobrē ob hoc ſaltē aptę mate
rię ad capiēda tenēdaq; celeſtia iudicāť. Eſt & ꝓbabile quod libro
ſuꝑiore dixi / res adeo ſpecioſas nō poſſe ſub terra cōflari / niſi ma

ximo quodã conatu cęli: atq; durare ĩ eis ĩpreſſã ſemel ex conatu uirtutẽ. Nã in his coquẽdis cogẽdiſq; diutiſſime cęlũ elaborauit. Verũ cũ nequeas facile eiuſmodi plura cõponere: cogeris diligenter exqrere: quod metallũ inter cętera in ordine ſit alicuius ſtellę potiſſimũ: q ue lapis ĩ ordine ſũmus/ut ſaltẽ ĩ uno quodã totius generis ordiniſq; ſuppremo reliqua ꝑ uiribus cõprehendas: atq; eiuſmodi ſuſceptaculo cęleſtia huic conſentanea mutueris/ceu ſi exẽpli cauſa ĩ ordine ſolari/ ſub hõie phębeo ſũmũ inter aĩalia teneat aſtur/aut galluſ. Inter plãtas balſamũ aut lauruſ. Inter metalla aurũ. Inter lapideſ carbũculus uel pãtaura. Inter elementa feruidus aer. Nã ignis ipſe martius eſſe cẽſeť. Quod ãt diximus iſluxũ Solis uel Iouis aut Veneris augẽdũ/intelligimus rõne cõmuni: nõ tamẽ illi ĩ cuius geneſi aliqs horũ interfector appareat.

Ordines rerũ a ſtellis pendẽtium ut Solarium atq; ſimiliũ: & qũo ſpũs fiat Solaris Cap xiiii.

d Ixi eqdem alibi deſuꝑ ab unaquaq; ſtella (ut platonice loquar) ſeriẽ rerũ illi ꝓpriã uſq; ad extrema pẽdere. Sub ipſo Scorpionis corde poſt eiuſmodi Dęmonas atq; hoĩes: ſcorpiũq; aĩal collocare poſſumus ẽt herbã Aſterion. i. ſtellarẽ figura ſtellę ſimilẽ nocte fulgẽtẽ: quã medici tradũt qualitatẽ habere roſæ/ uiq; cõtra morbos genitaliũ mirabilẽ poſſidere. Sub ſerpẽte uel ſerpẽtario cęleſti Saturnũ ponũt/& quodãmodo Iouem. Poſtea dęmonas: qui ſæpe ſerpentum formas ĩduunt. Similes ĩſuper homines ſerpentes animantes: ſerpẽtariam herbam: lapidem draconitem/capite draconis natum. Item cõmuni nomine ſerpẽtinum. Et præter ea quæ in ſequẽtibus afferam. Sub ſtella ſolari. i. Sirio ſolem primo: deĩde Dęmonas quoq; phębeos: quos aliquãdo ſub leonũ uel gallorũ forma hõibus occurriſſe teſtis eſt Proculus. Hoĩes ſubinde perſimiles beſtiaſq; ſolares. Phębeas inde plãtas/metalla ſimiliter/& lapillos/& uaporem aerẽq; feruentẽ. Simili ratione a qualibet firmamẽti ſtella ꝑ aliquẽ planetã exiſtimant contextũ

terum gradatim ſub illius ꝓprietate deſcẽdere. Si igiẽ ut dicebã ſolaria oĩa per gradũ eius ordinis quẽlibet oportune cõprehẽde ris: homines uidelicet tales / uel talis hominis aliqd. Item bruta / plantas / metalla / lapillos / & quę ad hæc attinẽt / uirtutẽ Solis uſq; quaq; cõbibes: & quodãmodo naturalẽ ſolariũ Dęmonũ facultatem. Similiterq; de aliis dictũ puta. Solares qdẽ homines ſunt / quales antea dixi: & q aſcendẽte leone ſoleq; hũc uel tenente uel aſpiciẽte naſcunẽ: & qui ſub ariete ſimiliter. Solaris eſt & ſanguis e ſiniſtro eorũ beneualentiũ bracchio miſſus. Phębeus crocodillus / aſtur / leo / gallus / & cignus / & coruus. Nec alia ratione leo ueretur gallũ: niſi quoniam in ordine phębeo gallus eſt leone ſuperior. Eadẽ ratione inquit Proculus Apollineũ Dęmonẽ / qui non nunq̃ apparuit ſub figura leonis / ſtatĩ obiecto gallo diſparuiſſe. Maxime uero ĩ his aĩalibus cor eſt ſolare. Arbitror etiã marinum uitulum cæleſtis leonis cordi ſubeſſe: & hac ipſa ratione / quem cingit nudum fibula eiuſdem oſſe confecta / a renum dolore redimere. Nã contra dolorẽ eiuſmodi ſolẽt aſtrologi ſyderis illius influxibus uti. Eadẽ forte rõne ferẽ hæc pellis a fulgure nos tueri. Inter plantas palma phębea eſt: & ĩprimis laurus / qua uirtute uenenoſa repellit / & fulgur. Fraxinus quoq; ſimili facultate uenenoſa lõgius arcet. Loton eſſe phębeã rotunda tũ folia / tũ poma teſtanẽ / & explicatio foliorũ eius die / replicatio nocte. Peoniã phębeã eſſe nõ ſolũ uirtus indicat: ſed & nomẽ. Ad idẽ attinẽt flores & herbæ quæ reſtringunẽ abeũte ſole: redeũte ꝓtinus explicanẽ: & ad ſolẽ continue uergũt. Aurũ præterea: & lapis elitis radiis aureis ſolẽ imitãs. Lapis itẽ / q ſolis oculus appellaẽ / figurã habẽs pupillæ / ex qua lumẽ emicat. Rurſũ carbũculus nocte rutilãs / uel pãtaura oẽs ĩ ſe lapidũ uires cõtinẽs / ut aurũ metallorũ / & ſol ſtellarũ. Multa deniq; in ſuperioribus nobis ſignificata. Vnde ſi mõ liceat / ſub ipio ſolis ex illo ſãguine / & aĩaliũ illorũ cordibus / & foliis fructibuſq; arborũ prędictarũ. Itẽ floribus atq; herbis / & auri foliiſ / necnõ pulueribus lapillorũ / electuariũ uel unguẽtũ cõficere

poteris:addito croco:balſamo:calamo aromatico:thure:muſco: ambra:ligno aloes:zinzibere:maſtice: ſpica nardi:cinnamomo: doronico:citri cortice:zedoaria:nuce muſcata:mace:chariophiliſ cum melle flauo:uel oleo balſamino:maſticeo:laurino:nardino: Ad cor/& ſtomachū/& caput/intus aut extra fouendum:ut ſpūs inde ſolaris euadat. Ex his oībus inq̄ aut ſaltē ex pluribus cō ponēdum dominante ſole aliqd. Quo etiā ſub eiuſdē dominatu incipias uti:dūmodo & ſolaria īduas:habites:cōſpiciaſ:audias: obfacias:imagineris:cogites:cupias. Item imiteris & uita digni tatem & munera ſolis. Inter ſolares homines plantaſq; uerſeris / laurumq; aſſidue tangas. Tutius aūt ad ualitudinē fuerit:ſola ribuſ admiſcere iouialia ſimul atq; Venerea. Venereā maxīe humi ditatem ſolaris caloris moderatricē: qualis eſt aqua ſuccuſq; roſa rum/atq; uiolarū. Sed medicinas eiuſmodi in libro de curandis litteratis primū:deinde in libro de uita longa/partim eqdē cōpo ſui:partim ab aliis cōpoſitas enarraui:partim etiā tempaui. Item quales herbæ a ſole Ioueq; miras cōtra epidimiā/ & uenenū uires habeāt/ diximus in libro contra peſtē:inter quas Perforata fuga dęmon appellata ē. Nec alia facultate q̄ cæleſtiū gratiarū noxios malorum Dęmonum uapores a nobis arcere putaȓ. Et ſiqua īter herbas alia/ uel lapillus/ ut corallus idē uideatur efficere. Herba ꝓfecto Lunaris a Mercurio tradita foliis ceruleis atq; rotūdis/cre ſcente luna unū quotidie ꝓducēs folium:decreſcēte deponēs/an nos utenti promittit lunares. Sed iā ad imagines altero quodam exordio redeamus.

## De uirtute imaginū ſecūdū antiquos atq; medicinarū:& qūo me dicinæ ſint longe ualidiores q̄ imagines. Cap. xv.

ſ I lapillos quos paulo ante plebeos narrauimus/nactus fueris/ nihil opus erit/imagines eis īprimere. Suſpēdes itaq; collo cōprehēſos auro crocei ſerici filis: quādo Sol ſub arie

te uel leone percurrit: aſcenditqꝫ uel mediū tenet cælum: aſpicitqꝫ
Lunā. Multo uero potentiores ī ſerie Lunæ lapillos narrat Pro
culus. Primum ꝗdem Selinitim. Qui non modo figura Lunam
imitetur: ſed & motu: circūeatqꝫ cum Luna. Hunc ſi forte reppere
ris/& argento circūdatum/argenteo filo collo ſuſpenderis/Luna
cancrum/ uel taurum ſubeunte/ anguloſqꝫ tenente ſibi cōuenien
tes/ſpūm inde tuum reddes/poſtremo lunarē. Dum uidelicet ca
lefactus abſte lapillus ipſe lunaris uirtutē ſuam tuis aſſidue ſpiri
tibus inſerit. Alterū uero recēſet lapillū helioſelinon cognomē
to. Qui ſolis lunęqꝫ coniūctę ſoli/naturaliter habet imaginē. Hūc
ergo quiſꝗſ argento incluſū deaurato ſimilibus collo filis admo
uerit/quādo Luna in domicilio ſuo uel ſolis/ in eodē minuto cū
ſole congreditur/ſuoſqꝫ teneat angulos/ſolarem ſimul/atqꝫ luna
rem ſpiritum reportabit/aut ſaltem talem/ qualis euadit Luna ꝑ
cētrum copulata ſoli. Hic uero tu uides diſperſas phoebi dotes:
uelut Oſyridis mēbra: ſororem eius Phębem uelut Iſydē cōgrega
re. Sed utinam ſolarē alicubi lapidē facile reperiremus/uel luna
rem: adeo ī eorū ordine præpotētem: quēadmodū ſub ſerie ſeptē
trionalis poli magnetē habemus/& ferrū. Solarē profecto ferunt
inueniſſe apud indos Apollonium theaneū lapidē ſcilicet nomi
ne Pantauram/ignis inſtar micantē: ſub terra paſſus quattuor na
ſcentem: cui tātum ſpiritus inſit: ut tumeat/& plerunqꝫ ſcindatur
terra/ubi eiuſmodi lapis concipitur. Ita cęteros ad ſe lapillos tra
hens/ſicut magnes ferrum. Sed lapiſ hic Herculeus ad ſe contem
plandum uehementius adhuc/nos īpræſentia rapit. Videmus in
ſpecula nautarū indice poli/libratum acum affectum in extremita
te magnete/moueri ad urſā/illuc uidelicet trahēte magnete. Quo
niam & in lapide hoc præualet uirtus urſæ: Et hinc tranſfertur in
ferrum: & ad urſam trahit utrunqꝫ. Virtus aūt eiuſmodi tū ab ini
tio infuſa eſt/tum cōtinue urſæ radiis uegetat̃. Forſitan ita ſe ha
bet ſuccinum ad polum alterū/& ad paleas. Sed dic interea. Cur
magnes trahat ubiqꝫ ferrum/non quia ſimile. Alioquin & magne

tem magnes traheret multo magis:ferrumq; ferrum. Non quia ſuperior in ordine corporum:imo ſuperius eſt lapillo metallum. Quid ergo? Ambo quidē ordine urſam ſequēte clauduntur. Sed ſuperiorē in ipſa urſæ ꝓprietate gradum tenet magnes: inferiorē uero ferrum. Sup̄ius aūt in eodē rerū cōtextu trahit q̄dem quod eſt inferius/& ad ſe cōuertit: uel aliter quomodolibet agitat/aut afficit uirtute prius infuſa. Inferius uiciſſim eadē ad ſup̄ius infuſione cōuertit̄/uel aliter agitat̄/uel prorſus afficit̄. Sic in ſerie Solis inferior homo admirat̄ ſup̄iorem. In ordine Iouio ueneratur. In Martio timet. In Venereo inferior ad ſuperiorem rapit̄ amoris ardore/ deſeritq; ſeipſum. In Mercuriali ſemp̄ hic diſcit/ uel p̄ſuadetur ab illo. In Lunari motū hic ab illo ſæpius exhordit̄. In Saturnali quietē. Ego aūt cū hęc explorata hactenus habuiſſem/ admodū gratulabar/cogitabāq; iuuenis adhuc magneti pro uiribus īſculpere cęleſtis urſæ figurā/quando Luna melius illuc aſpiciat:& ferreo tunc filo collo ſuſpēdere. Sperabā eq̄dem ita demū uirtutis me ſyderis illius cōpotem fore. Sed cum diutius explorassem:inueni tandem ſyderis illius influxus Saturnales eſſe plurimum/atq; Martiales. Accepi a Platonicis malos Dęmonas plurimū ſeptētrionales exiſtere. Quod etiā hebreorū aſtronomi cōfitent̄ noxios Martioſq; Dęmonas in ſeptētrione ponētes. Propitios aūt & Iouios ī meridie. Didici a Theologis & ab Zamblico imaginum fictores a Dęmonibus malis occupari ſępius: atq; falli. Vidi eq̄dem lapillum Florētiā aduectū ex india/ ibi e capite draconis erutum/rotundū ad nūmi figurā/ punctis ordine q̄plurimis quaſi ſtellis naturaliter inſignitū:q̄ aceto p̄fuſus mouebat̄ parūp̄ ī rectū:imo obliquū:mox ferebat̄ in girū/donec exhalaret uapor aceti. Exiſtimaui eq̄dē lapillū eiuſmodi cæleſtis draconis habere naturā/atq; quaſi figurā: motū quoq; illius accip̄e/ quatenus p̄ aceti ſeu uini ualētioris ſp̄ūm/draconi illi ſiue firmamēto familiarior redderet̄. Hunc igit̄ q̄ geſtaret & aceto ſæpe p̄fūderet/ uim aliquā forte draconis illius accip̄et/q̄ geminis amfractibus

Hinc quidem urſam maiorem implicat/inde minorem. Extat & prope ſcorpionem ſerpentarius quaſi homo ſerpente cinctus: ma nu dextra caput ſerpẽtis tenens: ſiniſtra caudã: genibus quaſi fle xis: capite paulũ reſupino. Legi eqdem magos perſarũ regi cõſu luiſſe: ut imaginẽ hãc lapidi imprimeret emathiti: quẽ aureo clau deret anulo: ita tamen/ ut inter lapillum atq; aurũ ſerpẽtarię radi cem inſereret. Hoc.n. anulo geſtãtem cõtra uenenum morboſq; ue nenoſos tutum fore. Videlicet ſi Luna Serpentarium aſpiciẽte fe ceris. Hanc imaginem Petrus Aponenſis cõfirmauit. Ego uero ſi hanc anulus ille uim habet/ arbitror nõ tam ꝑ figurã/ q̃ per mate rias eiuſmodi: & hoc pacto tẽporeq; cõpoſitas/ ſibi cęlitus uẽdi care. Memento lapillos naſcẽtes ĩ aĩalibus nec inde lãguentibus ut in dracone: gallo: irundine: cęteriſq; efficaces exiſtere ferme/ ut lapilli in terra naſcẽtes: atq; ad eaſdem referri ſtellas: ad quas hæc aĩalia ꝑtinẽt. Hinc Alectorius ex uentriculo galli ueteris tractuſ pollet poteſtate ſolari: ꝑ quã Diaſcorides ait ſæpe cõpertum eſſe/ eum pugnare inuictum: qui lapillũ hũc ore geſtaret. Idem ait: Ce lidonium erutum ex irundine ruffum/ curare melãcolicũ/ & ama bilem/ idoneumq; reddere. Quod quidem habet ex Ioue: Per ea quæ diximus. s. Res ubiq; infra Lunã ſtellares exiſtere. Cõfirma tur dictum illud ualde Platonicum: hãc mundi machinã ita ſecũ eſſe cõnexã/ ut & in terris cęleſtia ſint cõditione terrena: & in cęlo uiciſſim terreſtria dignitate cæleſti: & in occulta mundi uita/ men teq; regina mundi cęleſtia inſint: uitali tamen ĩtellectualiq; ꝓprie tate ſimul/ & excellentia. Per hæc inſup confirmãt nõ nulli etiã illud magicum: ꝑ inferiora uidelicet ſupioribus cõſentanea poſſe ad hõies tẽporibus oportuniſ cæleſtia quodãmodo trahi: atq; ẽt ꝑ cęleſtia ſup cæleſtia nobis cõciliari: uel forſan prorſus ĩſinuari. Sed poſtremum hoc illi uiderint. Verum illud arte quadã rite & oportune in unum plurima colligente fieri poſſe probabile ſa tis (ut diximus) eſſe uidetur: tum rationibus quas ĩ ſuperioribus aſſignauimus: tum quia eiuſmodi multa/ quãdo apud medicum

& Aſtrologum colliguntur/contunduntur/commiſcentur/conco
quunẽ ſub ſydere certo/dũ ipſa per ſe ratione cõcoctionis atq; fer
menti/nouã paulatim formam ſubeunt: hãc ipſam acq̃runt certo
quodam fomento cæleſti/radiis tũc intus agentibus: ideoq; cæle
ſtem. Metallũ uero uel lapillus quãdo momẽto ſculpiẽ/nõ uide
tur nouã accipere qualitatẽ: ſed figurã: Neq; motio illa ꝑ debitoſ
digeſtionis gradus/quos alteratio naturalis/atque generatio ſo
let obſeruare/progrediẽ. Cum uero natura cęleſtis tanq̃ ĩferioris
naturæ regula ſoleat tenore quodã progredi naturali/ & ita ꝓgre
dientibus adſpirare: merito diffidunt pleriq;: imagines eiuſmodi
cæleſtem aliquã uirtutẽ habere. Ego quoq; ambigo ſępius: ac niſi
& omnis antiq̃tas/& omnes aſtrologi uim mirabilem habere pu
tarent: habere negarem. Negarem eq̃dem nõ omnino. Opinor.n.
niſi q̃s aliter ꝑſuaſerit/ad proſperã ualitudinem ſaltem aliquã ha
bere uirtutem/electæ preſertim ratione materiæ. Tãetſi multo ma
iorem ineſſe pharmacis arbitror: & unguẽtis ſydereo fauore cõfla
tis. Quid uero uoluerim/ubi modo dicebam electę ratione mate
riæ/in ſequẽtibus declarabo. Quæ uero ex magorum uel aſtrolo
gorum opinione ad Plotinũ interpretãdum pro imaginibus alle
gari poſſũt/ deĩceps breuiter afferã: ſi te prius hic admonuero: ne
putes probare me uſum imaginũ: ſed narrare. Ego.n. medicinis
ad cælum temperatis/nõ imaginibus utor. Atq; ita cęteris quoti
die cõſulo. Tu uero ſi cõcedis Deum rebus infra Lunã mirabiles
inſeruiſſe uirtutes/mirabiliores cõcede cęleſtibus. Præterea ſi lice
re iudicas homini ad proſperã ualitudinem ĩferioribus uti: iudi
ca ſuꝑioribus quoq; licere. Atq; inferiora ad ſuꝑiorum normã: ſic
medicorũ artificio tẽperare: ſicut etiã a Deo ſunt ab initio tẽꝑata.

## De poteſtate cæli. De uiribus radiorum/ unde uim ſortiri pu tentur imagines. Cap. xvi.

i Mmenſa formę cęleſtium magnitudo uirtus motio facit/



BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

ut omnes omniũ ſyderum radii terrę molem quæ quaſi punctum
eſt ad cælum/momento facillimeq;/uſq; ad centrũ recti penetrent:
quod oẽs aſtronomi cõfitẽtur. Ibi q; ut placet Pythagoreis atque
Platonicis fortiſſimi ſint: tũ quia recti undiq; centrũ tangũt: tum
quia ĩ anguſtum collecti ſunt cũcti. Quorum uehemẽtia materia
ibi terræ ſicca procul ab humore remota prorſus accẽdiť: accẽſaq;
extenuať/atq; diſpergiť: p meatus undiq;/& efflat incẽdia pariter
atq; zulfur. Sed ignem hunc putant ualde caliginoſũ eſſe/& quaſi
incendium quoddã luminis exps: ſicut in cęlo extat exps incen
dii lumen: Ignis autẽ inter cæleſtẽ atq; infernum: lumẽ cum feruo
re coniungit. Putant aũt ignẽ e centro flãtem/ignem eſſe ueſtalẽ:
Siquidẽ ueſtam eſſe terrę uitam numẽq; putabãt. Ideoq; Veſtæ tẽ
plum ueteres ĩ mediis urbibus cõſtruebãt: ignemq; ĩ medio ppe
tuum collocabant. Sed ne ulterius puagemur/cõcludamus iam
ſi ſtellarũ radii totam mox terrã penetrant/negari nõ facile poſſe
metallũ atq; lapillum/quãdo cęlanť imaginibus/ ſubito penetra
re: eiſq; miras uel ſaltem qualeſcunq; ĩprimere dotes. Quãdoqui
dem & ĩ aluis terrę pretioſiſſima generãt. Sed quis neget per hęc
radios penetrare? Siquidem aer & qualitas eius & ſonus minus
efficax ſolida tranſit ſubito/ & ſua quadam afficit qualitate. Iam
uero ſi duritia radiis obſiſteret penetrãtibus lumen multo citius
aerem q̃ aquã pertranſiret. Et hanc ocius multo q̃ uitrum/& uitrũ
ſimiliter q̃ chryſtallũ. At cũ eodem momento ſolida/quo liquida
cũcta tranſuerberet/perſpicue cõſtat duritiã radiis nullo modo re
ſiſtere: atq; idcirco dicẽt non eſſe negandum metalla cęleſtium ra
dios influxuſq; ſuſcipere: Atq; etiã conſeruare ad tempus tunc ſi
bi cælitus deſtinatum. Cõſeruare inq̃ uirtutem quandã ex radio
rum cõcurrentiũ contactu creatam. Quid uero? Si materia durior
hoc ipſo q; uidetur obſiſtere cauſę pręporẽti/magis ictibus ſe ex
ponit? Sic enſis lignũ ſub lana incidit non inciſa lana. Sic radius
ille fulmineus corio quandoq; non lęſo diſſoluit in eo metallũ.
Cum uero natura cæleſtis noſtro hoc igne incomparabiliteŗ ſit

pręſtantior/ non eſt putandũ radii cæleſtis officium eſſe dũtaxat quale opus ignei radii manifeſte uidemus .s.alluminare/ calefa cere/ exſiccare/ penetrare/ ex tenuare/ diſſoluere: quę noſtris ſẽſibuſ notiſſima ſunt. Sed multo plures mirabilioreſq; uires/ & effectus habere. Alioqn/ & materia inferior/ & caducus ſenſus cũ diuinita te cęli penitus æquarẽ. Sed qs neſciat uirtutes rerum occultas/ quæ ſpeciales a medicis nominanẽ/ nõ ab elemẽtali natura fieri: Sed cæleſti? Poſſunt itaq; ( ut aiũt) radii occultas/ & mirabiles ul tra notas imaginibus ĩprimere uires: Sicut & cęteris inſerũt. Non enĩ inanimati ſunt/ ſicut lucernę radii: ſed uiui/ ſenſualeſq;/ tanq̃ per oculos uiuentium corporũ emicãtes: doteſq; mirificas ſecũ fe rũt ab imaginatiõibus mẽtibuſq; cæleſtiũ. Vim quoq; uehemẽtiſ ſimã ex affectu illorũ ualido/ motuq; corporũ rapidiſſimo: ac pro prie maximeq; in ſpũm agunt cæleſtibus radiis ſimillimũ. Agunt inſuper in corpora uel duriſſima. Omnia.n. hæc ad cælũ infirmiſſi ma ſunt. Sũt autẽ in uariis ſtellis uariæ quoq; uires: & idcirco ĩ ra diis earũ inter ſe uarie. Pręterea in radiorum ictibus aliter atq; ali ter incidẽtibus/ uirtutes diuerſæ naſcunẽ. Deniq; in cõcurſibus ra diorũ mutuis/ aliter atq; aliter: & hic aut ibi: & tũc aut alias effec tis diuerſæ ſubito uires ſuboriunẽ: multo magis atq; citius q̃ in aliis/ atq; aliis elemẽtorum/ qualitatũq; elemẽtaliũ mixtionibus. Multo etiã citius q̃ in tonis & numeris apud muſicũ aliter & ali ter cõcinentibus. Si hęc diligenter cõſideraueris: forſitan nõ diſ fides: dicẽt: ſubito quodam radiorũ iactu uires imaginibus ĩpri mi: atq; ex diuerſo iactu diuerſas. Nũquid ergo tam cito? Mitto faſcinationes repentino quodam intuitu factas: & amores acerri mos ſtatim accẽſos radiis oculorum/ q & ipſi ſunt faſcinamenta quædam quod ĩ libro de amore probamus. Mitto q̃ cito rubens oculus inficiat intuentẽ/ & ſpeculũ intuẽs fęmina mẽſtruoſa. Nõ ne & familię quędam apud illiricos & triballos iratæ intuitu ho mines interemiſſe ferunẽ? Et feminę quædam ĩ ſcythia idem face re cõſueuiſſe. Et catoblepe reguliq; ſerpẽtes radiorum ex oculis

iactu homines perimunt. Torpedo quoq; marina tactu etiã pro cul per uirgam manum ſubito ſtupefacit. Echinnuſ pręterea piſci culus grãdem ſolo tactu nauem ſiſtere ferr̃. Phalãgia qnetiam in apulia ictu quopiã: uel occulto ſpũm animumq; repentino ſtupo re permutãt. Quid rabioſus canis facit/ uel non apparente mor ſu? Quid ſcopa/ deinde quid arbutus? Non ne leuiſſimo tactu ue nenum concitant atq; rabiem? An ergo negabis cęleſtia oculorũ ſuorum radiis/ quibus noſtra cõtuenr̃ ſimul atq; cõtingũt/ ſtatim mirãda pficere? Iam uero grauida mulier tactu ſtatim ſignat mem brum hominis naſcituri rei deſideratæ nota. An uero dubitabis/ radios aliter aliter ue tãgentes diuerſa conficere? Cum & tu helle borum herbam colligens: ſiue folium deorſum trahas: ſiue ſurſũ: hoc ſubito tactu: cauſa ſis helleboro/ ut deorſum educat humo res/ aut ſurſum. Non ne ab initio rei cuiuſque generandæ cæle ſtes influxus concoctione materiæ digeſtioneq; perfecta nõ tam tempore q̃ momento dotes mirificas largiuntur? Non ne ſuffra gante cæli uultu innumerabiles ſæpe ranæ/ ſimileſq; animãtes ex arenis momento proſiliunt? Tanta eſt in materiis pręparatis po tentia cæli tãta celeritas. Denique ſi ignis hoc habet/ ut tempore q̃ breuiſſimo faciat/ quę cętera longo/ ob id præcipue q; eſt cęlo ſi millimus: quis nam dubitet/ cælum magna quaſi momento per ficere: etiam in materia minus parata/ ſicut flãma ſolet ingentior? Quid ergo dubitas/ inquiunt/ in imagine conſtruenda ferme ſi militer agere cęlum? Dices opinor/ ſicut & ego dicebam: natura les hic alterationis gradus abeſſe. Qui ſane defectus minuit qui dem cæleſte donum: nec tamen penitus auferre uidetur. Nolunt enim Phyſici ex quolibet metallo uel lapide imaginem fabricari: ſed certo. In quo quidem natura cæleſtis uirtutem olim ad hoc ipſum quod optatur naturaliter ĩcohauerit: & quaſi iam iam per fecerit: ut in ſulphure flammam. Quam ſane uirtutem/ tũc demũ perficiat: quando materia hęc per artem/ ſub ſimili quodam influ xu cæleſti uehemẽter agitatur: & agitata caleſcit. Itaq; ars ſuſcitat

inchoatam ibi uirtutem: ac dum ad figuram redigit/ ſimilem ſuæ cuidam cæleſti figuræ: tunc ſuę illic ideæ prorſus exponit: quam ſic expoſitam: cælum ea perficit uirtute/ qua ceperat. Exhibens quaſi ſulphuri flammam: ſic potentia quædam ad rapiendas paleas cælitus data ſuccino/quodammodo debilis ſępe per frictionem calefactionemq; facta ualidior ſubito rapit. Similem uirtutem Serapio ſcribit datam lapidi Albugedi quaſi iacinto ſimili. Sed non prius trahere paleas: q̃ capilli hoc lapide perfricentur.

Sic item lapis ille Iouius Bezaar ideſt a morte liberans: quem deſcripſimus in libro Contra peſtem: uim ab initio contra uenenum accepit ab Ioue. Sed non uſqueadeo ualidam: ut eandẽ tradere poſſit materiis aliis exercendam. At uero cum primum ſub Scorpionis cæleſtis influxu figuram superni illius acceperit: perfectam contra ſcorpiones ſubito uim reportare putatur. Quam maſtici communicare ualeat/aut thuri. Eadem quoque de iacinto/ Topatio/Smaragdo/ cęteriſque ratio eſt habenda/ ut fabrica figurarum non alibi efficaciam habeat: q̃ ubi materia cum ſtella congruit & effectu: a qua hũc faber exoptat accipere. Ac prærerea ubi hæc ipſa materia quaſi iam talis eſt ab initio qualem affectas reddere per figuram. Nullis ergo materiis ad imagines uti conſulunt/niſi his ipſis/quæ tibi notę ſunt: hanc ipſam ferme iam uim habere quam cupis. Lapillorum itaque uires/atque metallorum diligentiſſime perſcrutari iubent: Intereaque meminiſſe inter lapillos quidem carbũculum in tenebris corruſcantem/ atque pantauram præcipue Soli ſubeſſe: Saphyrum Ioui: Smaragdum Veneri: Mercurio: Lunę. Prærerea metalla prętet aurum & argentum uix ullam ad hæc habere uirtutem. Tutioremq; in his rationem fore: ſi aurum quidem purum ad Solem referas: atq; Iouem. Ad illum quidem propter colorem: ad hunc autem propter temperatam cõmixtionem. Nihil enim Ioue & auro temperatius. Purum uero argentum ad Lunam: Sed ad Iouem ſimul atque Venerem aurum argento permixtum. Præterea imaginem efficaciorem fo

re: ſi uirtus in materia eius elementalis conueniat cum ſpeciali/
eiuſdem uirtute naturaliter inſita/atque hæc inſuper cum uirtute
altera ſpeciali per figuram cælitus capienda. Denique figuras
inferiores / & formas cæleſtibus conformari/ inde perdiſces ( ut
aiunt ) ꝙ Perſeus truncato Meduſæ capite futuram non nullis
obtruncationem portēdere cōſueuit: multaqꝫ ſimiliter: & lu nam
alioſque planetas ſub certis ſignis certa in nobis membra moue
re non dubitant.

## Quam uim habeant figurę in cęlo atque ſub cęlo. Cap. xvii.

ſ Ed ne figuris nimium forte diffidas/ meminiſſe iu
bebunt/in regione hac ſub lunā elementali: elemen
tarem quoque qualitatem poſſe quāplurimum/ in
tranſmutatione uidelicet ad aliquid elementale tendente. Calo
rem ſcilicet/& frigus/& humorem/ atque ſiccitatem. Qualitates
autem quæ minus elementares materiales ue ſunt ſcilicet lumina
ideſt colores.. Numeros quoque ſimiliter/ & figuras ad talia fo
ſitan minus poſſe. Sed ad cæleſtia munera (ut putant) ualere per
multum. Nam & in cælo lumina/ & numeri/ & figuræ ſunt ferme
omnium potentiſſima. Præſertim ſi nulla ſit ibi materia. Quod
Peripatetici plerique putant. Sic enim figuræ/numeri/radii/cum
non alia ſubſtineantur ibi materia/quaſi ſubſtātialeſ eſſe uidenẽ.
Atque cum in ordine rerum mathematicæ formæ phyſicas antece
dant/ tanquam ſimplices quidem magis/ & minus egenæ: meri
to in antecedentibus mundi gradibus ideſt cęleſtibuſ auctorita
tem ſibi maximam uendicant / ut non minus inde fiat numero/
figura/luce/q̃ elemētari quadam proprietate. Huius quidem auc
toritatis habetur etiam ſub Luna ſignum. Qualitates enim ual
de materiales plurimis rerum ſpeciebus ſunt communes! eiſque
quodammodo permutatis/ non uſquequaqꝫ ſpecies commutan

tur. Figuræ autem numeriq; partium naturalium/proprietatem cum ſpecie inſeparabilem peculiaremq; poſſident. Vtpote quæ cęlitus una cũ ſpeciebus deſtinata fuerunt. Immo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem: Atq; cum ipſę numerique ſpecies quędam ſint/ideis ibi propriis de ſignatæ/ nimirum uires inde proprias ſortiuntur. Ideoq; tum ſpecies naturalium certis figuris/tum motus/& generationes/ & mutationes certis numeris adſtringuntur. De lumine ue ro quid dicã? Eſt enim actus intelligentiæ uel imago. Colores autem ſunt lumina quędam. Quamobrem ubi lumina ideſt co lores/ figuraſque/ & numeros Aſtrologi dicunt in materiis no ſtris ad cæleſtia præparandis poſſe quãplurimum / non temere (ut aiunt) debes iſta negare. Non ignoras concentus per nu meros proportioneſque ſuas/uim habere mirabilem ad ſpiritũ & animum/& corpus ſiſtendum/mouendum/afficiendum. Pro portiones autem ex numeris conſtitutę/quaſi figurę quędam ſunt/uelut ex punctis lineiſque factę. Sed ĩ motu. Similiter mo tu ſuo ſe habent ad agendum figuræ cæleſtes. Hæ nãq; harmo nicis tum radiis/ tum motibus ſuis omnia penetrantibus ſpi ritum indies ita clam afficiunt/ut muſica præpotens palam af ficere conſueuit. Noſti præterea q̃ facile multis miſericordiã moueat figura lugentis. Et quãtum oculos imaginationemq;/ & ſpiritum/& humores afficiat ſtatim atque moueat amabilis perſonæ figura. Nec minus uiua eſt/ & efficax figura cæleſtis.

Non ne principis in urbe uultus quidem clemens/ & ilaris exilarat omnes? Ferox uero uel triſtis repẽte perterret? Quid ergo cęleſtium uultus/ dominos omnium terrenorum aduer ſus hæc efficere poſſe putas? Quippe cum etiam coeuntes ad prolem/ plerũque uultus/ non ſolum quales ipſi tunc agunt: Sed etiam quales imaginãtur/ſoleant filiis diu poſtea naſcitu ris imprimere. Vultus eadem ratione cæleſtes materias confe

ſtim ſuis notis inficiunt. In quibus ſi quando diu latitare ui dentur/ temporibus deinde ſuis emergunt. Vultus autem cæli ſunt figuræ cæleſtes. Potes uero facies illic appellare figu ras/ cęteris ibi ſtabiliores. Vultus autem/ figuras: quæ magis ibi mutantur. Aſpectus quoque inter ſe ſtellarum motu quoti diano confectos/ uultus appellare potes ſimiliter/ & figuras. Nam exagoni/pentagoni/tetragoni nominantur. Eſto dicet quiſpiam. Sint ut placet potentiſſimæ ad efficiendum figuræ cęleſtes. Verum quid hoc ad figuras imaginum artificio fac tas? Reſpondebunt/non id potiſſimum contendere: ut poten tiſſimę per ſe ad agēdum ſint noſtrę figuræ: Sed ut paratiſſimæ ad actiones & uires figurarum cæleſtium capiēdas: quatenus oportune fiunt dominantibus illis/atque examuſſim ad illas configurantur. Exigit enim figura illa figuram. Nō ne ſonan te cithara quadam/altera reboat? Ob id tantum: ſi & ipſa ſimi lem figuram habeat/atque e conſpectu ſit poſita: Et fides in ea poſitæ/& intentæ ſimiliter. Quid nam hic efficit/ ut cithara ſu bito patiatur a cithara/ niſi ſitus aliquis & quædam figura cō formis? Figura ſpeculi lenis/ concaua/nitens celo congrua: ob hoc ipſum proprie/munus tantū cælitus accipit/ ut radios Phoebi in ſe cumulatiſſime cōplectatur. Et ſolidiſſimū quodq; ad centrum ſuum e cōſpectu locatū repente comburat. Ergo ne dubites dicent: Quin materia quędam imaginis faciendę/ alioquin ualde congrua cęlo/per figuram cęlo ſimilem arte da tam cęleſte munus/tum in ſe ipſa concipiat/tum reddat in pro ximum aliquem uel geſtantem. Non ſolum uero figura: Sed etiam diſpoſitio peruia/ quam Diaphanam uocant / inefficax quiddam eſt/ & paſſiuum ſuapte natura. Verumtamen quo niam peruia diſpoſitio eſt in cælo proprium luminis ſuſcepta culum: ideo ubicunque ſub cęlo/hęc uel eſt naturalis: uel mo

do aliquo comparatur: Subito præſens cæleſte lumen acquiritur: Atq; etiã conſtruatur: ubi una cum hac uel calor eſt igneus ut ĩ flamma/uel eſt aliquid aereum/aqueum ue ſimul/ & glutinoſum. Vt in noctilucis/& nocticernis/ & carbunculis/ atque forſan quodammodo ĩ camphora. Quid inde ſequatur pro imaginibus ipſe reputa.

## Quales cæleſtium figuras antiqui imaginibus imprimebant. Ac de uſu imaginum Cap. xviii.

a Liquis aũt quęret/ quas potiſſimũ cęli figuras imaginibus ĩprimere ſoleãt. Sũt.n.ibi formę oculiſ ualde cõſpicuæ/ & a multis/quales ſũt/quaſi depictę/ut Aries/Taurus/ſimileſq; figuræ zodiaci/& quę ſũt extra zodiacũ manifeſtæ. Sunt ibi præterea formę quamplurimæ/ non tam uiſibiles q̃ imaginabiles per ſignorum facies ab Indis/& Aegyptiis: Chaldeiſque perſpectę: uel ſaltem excogitatę. Velut in prima facie uirginis uirgo pulchra ſedẽs/geminaſ manu ſpicaſ habens/ puerumq; nutriens. Et reliquę: quales deſcribit Albumaſar: Cęterique non nulli. Sunt denique characteres quidam ſignorum & planetarum ab ęgyptiis deſignati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc inſculpi. Vt ſi quis expectet proprium a Mercurio beneficium/ collocare eum in Virgine debeat: uel ſaltem ibi Lunam cum aſpectu Mercurii. Et imaginem tunc ex ſtãno conficere/uel argento. In qua totum ſit uirginis ſignum Et character eius characterque Mercurii. Ac ſi prima uirginis fa

cie ſis uſurus: addas etiam figuram: quam in prima facie dixĩmus obſeruatã: Similiterq; de cęteris. Poſtremi quidem imaginum auctores uniuerſam earum formam ad cæli ſimilitudinem accepere rotundam. Antiquiores autem quemadmodum in quodam Arabum collegio legimus, figuram crucis cunctis anteponebant. Quia corpora per uirtutem agunt ad ſuperficiem iam diffuſam. Prima uero ſuperficies cruce deſcribitur. Sic enim imprimis habet lõgitudinem atq; latitudinem. Primaq; hæc figura eſt, & omnium recta q̃ maxime, & quattuor rectos angulos continet. Effectus uero cæleſtium maxime per rectitudinem radiorum angulorumque reſultant. Tunc enim ſtellæ magnopere ſunt potentes: quando quattuor cęli tenent angulos immo cardines: orientis uidelicet occidentiſque: & medii utrinque cęli. Sic uero diſpoſitæ radios ita coniiciunt in ſe inuicem, ut crucem inde conſtituãt. Crucem ergo ueteres figuram eſſe dicebant: tum ſtellarum fortitudine factam: tum earũdem fortitudinis ſuſceptaculum. Ideoque habere ſummam in imaginibus poteſtatem: Ac uires & ſpiritus ſuſcipere planetarum. Hæc autem opinio ab ęgyptiis uel inducta eſt, uel maxime confirmata: inter quorum characteres crux unus erat ĩ ſignis: uitam eorum more futuram ſignificans: eamque figuram pectori Serapidis inſculpebant. Ego uero quod de crucis excellẽtia fuit apud ægyptios ante Chriſtum, non tam muneris ſtellarum teſtimonium fuiſſe arbitror, q̃ uirtutis pręſagium: quã a Chriſto fuerat acceptura. Aſtrologos aũt qui ſtatim poſt Chriſtũ fuerũt, uidentes a Chriſtianis miranda per crucem fieri, neſcientes autem uel nolentes in Ieſum tanta referre, in cælaſtia retuliſſe. Quanquam conſiderare debebant per crucem ipſam, abſque nomine Ieſu miracula minime perpetrari. Conuenire q̇dem imaginibus eam, quia referat fortitudinem planetarum

omniumq; ſtellarum forſitam eſt probabile. Non tamen ob hoc dũtaxat ingentem habere potentiam. Poſſe uero non nihil/ una cum cęteris/ quæ neceſſaria ſunt coniunctam: ad proſperam for ſan corporis ualitudinem: Sed ad narrandas aliorum opiniones/ ut cepimus reuertamur. Saturni ueteres imaginem ad uitæ lon gitudinem faciebant in lapide de Feyrizech/ ideſt ſaphyro/ hora Saturni: ipſo adſcẽdente/ atque fęliciter conſtituto. Forma erat: Homo ſenex/ in altiore cathedra ſedens: uel dracone: Caput tec tus panno quodam lineo fuſco/ manus ſupra caput erigens: Fal cem manu tenens/ aut piſces: fuſca indutus ueſte. Ad longam uitam/ atque fęlicem/ Iouis imaginem in lapide claro/ uel albo. Erat homo ſedens ſuper aquilam uel draconem/ Coronatus: ho ra Iouis/ ipſo in exaltatione ſua fęliciter ſecũdę adſcẽdẽte: croceã induto ueſtẽ. Contra timiditatẽ hora Martis imagines fabrica bãt prima Scorpionis facie oriente. Martem armatum/ & corona tum. Ad morbos curandos fingebant Solis imaginem in auro hora Solis: prima facie Leonis adſcendente cum ſole. Regem in throno/ crocea ueſte/ & coruum Soliſq; formam. Ad letitiam ro burque corporis/ Veneris imaginem puellarem: poma floreſque manu tenentem/ croceis & albis indutã/ hora Veneris prima fa cie Librę/ uel Piſcium/ uel Tauri adſcendente cum Venere. Ima ginem Mercurii ad ingenium/ & memoriam prima facie Gemino rum. Item contra febres ſculpebatur Mercurius/ Homo tela ma nu tenens/ hora Mercurii ſurgente Mercurio: ſculpebant hanc in marmore. Subinde materię cuipiam imprimebant languentibus aſſummendæ. Hinc omne genus febrium curari dicebant. Ima ginem Lunæ adſcendente prima facie Cancri ad augumentum. Forma Mercurii: Homo ſedens in throno/ galeratus/ criſtatuſque/ pedibus aquilinis: ſiniſtra gallum tenens: aut ignem. Alatus: ali quando ſuper pauonem. Dextra tenens clauum: ueſte uaria. Lu na puella pulchra cornuto capite ſuper Draconem uel Taurum ſerpentes ſupra caput/ & ſub pedibus habens. Ad curandum

calculum genitaliumq; dolores & ad ſanguinem adſtringendum imaginem hora Saturni: ſurgente tertia facie Aquarii cum Saturno. Item leonem auro imprimebant/lapidem in formam Solis pedibus reuoluentem: hora Solis: primo gradu faciei ſecundę Leonis oriente. Hanc expellendis morbiſ profuturam exiſtimabant. Ad renum morbos ſimilem faciebant/ quando Sol in corde Leonis cęlum medium obtineret: a Petro aponenſi comprobatam & experientia confirmatam: ſed hac conditione/ ut Iuppiter aut Venus medium aſpiciat cęlum: planetæ uero noxii cadant: infortunatiq; ſint. Accepi a Mengo phyſico præclaro eiuſmodi imaginē factam Ioue ibidem cōiuncto cum Sole liberauiſſe Iohannem Marlianum Mathematicum noſtro ſæculo ſingularem a pauore quo ſub tonitru affici conſueuerat. Pręterea ad firmandam ſanitatem & ueneficia deuitanda imaginem ex argento fingebant hora Veneris: Luna angulos obtinente: ac Venerem fęliciter intuente. Dummodo dominus ſextæ domus Venerem aſpiciat/ aut Iouē trino quodam intuitu uel oppoſito. Mercurius aūt nō ſit infelix. Agebāt hęc hora diei Solis ultima. Ita ut dominus horę decimam teneret cæli plagam. Petrus Aponēſis inquit medicum per imaginem infirmum curare poſſe. Modo in ea fabricanda obſeruet/ ut anguli aſcendentis/medii cæli/occidentis ſint fortunati: & adſcendentiſ dominus: & eadem ratione ſecunda! ſed ſexta & dominus eius ſit infęlix: ait etiam ſanitatem fore firmiorem/uitamq; longiorē q̄ ab initio fuerit inſtituta: ſi natiuitate perſpecta fiat imago: in qua hęc fortunata ponantur ſcilicet illiuſ ſignificator uitæ. Item uitę datores/ tū ſigna tū domini: præſertim adſcendens/eiuſq; dominus. Item cęli medium. Locus ſolis. Pars fortunę. Dominus coniunctionis uel præuentionis ante natiuitatem factæ. Mali quinetiā infortunati cadant. Concludit aſtrologorū nullum dubitare/ quin ad producendam uitam talia conferant.

Prolixum foret dictu/quas per quęlibet ſigna facies antiqui/& quas Lunę ſtationes/ tāquam neceſſarias in exprimendis imagī

nibus obſeruabant. Nam in ſtatione Lunę a gradu uirginis deci
moſeptimo ad finē eius faciebant imagines contra morbos/ &
odia: & ad iter fęlix. In ſtatione a principio Capricorni ad gradū
duodecimum: cōtra morbos/ & diſcordias/ atque captiuitatem.
In ſtatione a gradu duodecimo Capricorni ad gradum uigeſimū
qntū aduerſus langorem & carcerem. In ſtatione a gradu quarto
piſcium ad gradum eiuſdem decimūſeptimum ad curādos mor
bos: ad lucrum: ſocietatem: ad augendas meſſes. Et in aliis ſimi
liter alias: uana ſępius curioſitate machinabantur. Solas uero re
cenſui quæ non tam magū q̄ medicum redolerent. Nam & medici
nā eiuſmodi uanam plurimum fore ſuſpicor. Pro aliis autem ma
gis legitimis medicinarum confectionibuſ eiuſmodi manſiones
Lunæ arbitror eligendas. Atque etiam in ariete gradum ſextum.
rurſus decimūnonū. minuta. xxvi. Itē in geminis gradū decimū.
minuta .li. In cācro gradū decimumnonū. minuta. xxvi. In libra
gradū ſextum. minuta. xxxiiii. In capricorno gradum decimūno
nū. minuta. xxvi. In aquario gradū ſecūdū. minnta. xvii. In eodē
gradū decimūqntū. minuta viii. Pręterea ſententiā Haly mente te
nendam. Quodlibet ſignum q̄diu Sol eſt in eo uiuum fieri. Cęte
ris dominari. Effectum eius præceteris euenire. Vt illuc Lunam di
rigas ad donum ide proprium pro medicinis ſuſcipiēdum. Illuc
inquam ideſt ad ſignum & faciem/ & maxime gradum. ut ſi bona
Iouis affectas/ ad hęc directā Lunam erigas/ uel unitam: quādiu
locum eiuſmodi Sol illuſtrat: Vbi proprietas Iouia uiget. Simili
terq; de ceteris. Curioſum uero narratu foret: & forte noxium
quas imagines: & quemadmodum aſſociādos uel diſſociandos
inter ſe animos: fabricabant ad afferendam fęlicitatem uel inferē
dam calamitatē: uel uni cuidam: uel domui uel ciuitati. Ego qui
dem fieri poſſe talia non affirmo. Aſtrologi autem fieri poſſe pu
tant: & quomodo/ docēt: qualia ego narrare non audeo. Porphy
rius ubi uitam Plotini magiſtri ſui deſcribit/ talia fieri poſſe con
firmat. Atq; Olympiū magum/ & aſtrologum ægyptium narrat

contra Plotinũ Romæ talia tentauiſſe: dũ conaref per imagines uel res eiuſmodi ſiderare Plotinum. Sed conatuſ ĩ auctorẽ ſuum ob excelſam Plotini animã fuiſſe retortos. Albertus quoq; Magnus aſtrologię pariter atq; theologiæ profeſſor ait ĩ ſpeculo/ubi a licitis diſcernere ſe ĩquit illicita/ imagines rite ab aſtrologis cõſtitutas/uirtutem effectũq; acquirere a figura cæleſti. Atq; ſubide narrat mirabiles earũ effectus: quales Thebit Benthorad/ & Ptolemęus/cæteriq; aſtrologi pollicenf. Deſcribitq; imagines ad calamitatẽ alicui proſperitatẽq; afferendã/quas conſilio prætermitto. Et interea confirmat effectũ eas habere poſſe. Quanq̃ & ut uir bonus artis damnat abuſum:& ut legitimus theologus orationes ſuffumigationeſq; deteſtaf: Quas impii quidã ad Dęmones imaginibus fabricãdis adhibuerunt. Neq; tamen reprobat figuras & litteras dictioneſq; imaginibus impreſſas ad hoc ipſum dũtaxat ut donum aliquod accipiãt a figura cęleſti. Quod quidẽ poſſe ꝑ imagines cõparari/Petrus Aponẽſis cõfirmauit. Immo & affirmauit regionẽ neſcio quã fuiſſe deſtructam ꝑ imaginem illã/ quam Thebith narrat a Phedice aſtrologo fabricatã. Thommas autẽ Aqnas dux ĩ theologia noſter magis iſta formidat: & minus tribuit imaginibus. Tantũ nãq; uirtutis dũtaxat ꝑ figuras cælitus putat acquirere/ q̃tum cõducat ad illos effectus: quos ſolet communiter cælũ per herbas reſq; alias naturales efficere. Nõ tam qa figura talis ſit ĩ ea materia: q̃ quoniam cõpoſitum tale iam poſitum eſt in certa quadã artificii ſpecie: qualis cum cælo cõſentiat. Hęc ait in libro contra gentiles tertio. Vbi characteres/& litteras figuris additas ridet. Figuras uero non adeo: niſi pro ſignis quibuſdam ad Dęmones adiungãtur. In libro etiam de fato ait. Cõſtellationes dare ordinem eſſendi atq; perdurandi/non ſolum rebus naturalibus: ſed etiam artificioſis: ideo imagines ſub certis conſtellationibus fabricari. At ſiqd mirabile per eas ultra conſuetos naturaliũ effectus nobis eueniat/ĩ Dęmonas reicit hominũ ſeductores/Quod in libro cõtra gẽtiles perſpicue patet. Maxime

uero in libello de occultis naturæ opibus. Vbi uideť ipſas etiam imagines paruipendere/ quõocunq; factaſ. Quas & ego quatenus ipſe iuſſerit/ nihilipendã. Referre aũt mirabiles quoſdã effectus imaginũ/ in Dęmonũ falſitatẽ: nec eſt a Platonicis alienũ. Nam & Iamblichus ait/ eos q religione ſũma ſanctimoniaq; poſthabita: imaginibus dũtaxat cõfiſi/ ab eis diuina ſperãt munera/ hac ĩ re a malis Dęmonibus ſæpiſſime falli/ ſub prætextu bonorũ numinũ obcurrentibus. Contingere tamẽ ex imaginibus legitima aſtrologię rõne conſtructis naturalia quędã bona non negat. Deniq; tutius fore arbitror medicinis q̃ imaginibus ſe committere. Ratio neſq; a nobis de poteſtate cæleſti / ꝑ imaginibus aſſignatas / ĩ medicinis potius q̃ i figuris efficaciã habere poſſe. Probabile. n. eſt ſi quã uim imagines habẽt: hãc nõ tã ꝑ figurã nuꝑ acqrere/ q̃ per materiã poſſidere naturaliter ſic affectam. Ac ſiqd denuo acqritur dum inſculpiť/ nõ tã per figurã comparari q̃ per calefactionẽ contuſione quadã prouenientẽ. Quæ qdẽ contuſio calefactioq; facta ſub harmonia cæleſti ſimili harmoniæ: quæ quõdã materiæ uirtutem infuderat excitat uirtutẽ ipſã atq; corroborat/ ſicut flatus flãmã: & manifeſtã efficit ante latentẽ. Sicut calor ignis in aſpectum ꝓducit litteras ſcripras ſucco cepæ prius delireſcẽtes. Atq; litteræ hirci adipe inſcriptę/ lapidi ꝓſus occultę/ ſi lapis ſubmergať aceto prodeunt/ & quaſi ſculptę eminentes extant. Immo uero ſicut tactus ſcopæ uel arbuti ſuſcitat rabiẽ conſopitã: ſic forte cõtuſio quædã & calefactio ſola latentẽ in materia uirtutem ꝓdit facta uidelicet oportune: qua qdẽ cæleſti oportunitate expedit ĩ medicinis cõficiẽdis uti/ aut ſiqſ forte tractare metalla lapideſq; uoluerit prę̃ſtat ꝑcutere ſolũ/ atq; calefacere/ q̃ figurare. Præter. n. id ꝙ inanes eſſe figuras ſuſpicor: haud temere uel umbrã idolatriæ debemus admittere. Item nec temere uti ſtellis uel ſalutaribus ad morbos his ſimillimos expellẽdos. Hos. n. ſępe augent. Sicut noxiæ ſtellæ diſſimiles ſibi morbos aliquãdo minuũt: quod ſane Ptolemęus & Haly perſpicue docent.

ſEd cur nam uniuerſalem ipſam ideſt uniuerſi ipſius imaginem prætermittimus? Ex qua tamē beneficium ab uniuerſo ſperare uidentur. Sculpet ergo ſectator illorū forte qui poterit/formā quādam mūdi totius archetipā ſi placebit/in ære. Quā deinde oportune ī argenti lamina imprimat aurata. Sed quando potiſſimū imprimet? Quādo Sol minutū primū arietis attigerit. Hinc.n. aſtrologi tanq̄ ex ſui natalis reuolutione fortunā mūdi eo ſaltem anno iminentē auſpicanť. Ille igiť in hoc ipſo mūdi natali totius imprimet mūdi figurā. At uides ne q̄ belle inter diſſerendū mundi aliquādo nati nobis ſuccurrerit argumentū? Siquidem quolibet anno renaſcitur: Nō ne in ipſa hominis geneſi metiuntur Aſtrologi/primum ī quo ſigno/quo gradu/quo minuto Sol extiterit. Ibiq; totius figuræ iaciunt fundamentum. Et quolibet deiceps anno: cū primum Sol minutū ſubierit idem/quaſi renatum hominē arbitranť/atq; inde præſagiūt anni fortunā. Sicut igiť id in homine facere nō ualerent/niſi quaſi renaſceretur. Atq; hic nō poſſet quaſi renaſci/niſi fuiſſet aliquādo natus: Sic & mundum coniicere licet/aliquando genitum/Sole uidelicet ſub minuto arietis primo/tūc poſito: quādoqdem p̱ eundē quolibet anno ſitum/ſors quædam quaſi renaſcentis mūdi reuoluiť. Tūc igitur ille fabricabit mūdi figurā. Cauebit autē ne ſabbato Saturni die figuram ſculpat/aut exprimat. Hoc eni die deus mundi faber ab opere tradiť quieuiſſe· Quod ab ideali die ſolis inceperat. Quantū.n. Sol generationi accomodatus eſt/tantū Saturnus ineptus. Perfecerat autē opus in Venere pulchritudinem opis abſolutam ſignificāte. Sed de mūdanę fabricæ rōnibus nihil ultra. Iohānes enim Picus noſter Mirādula diuina de geneſi mūdi myſteria Moſeos diuinitus his diebus expreſſit. Quāobrē ut redeamus ad inſtitutum: & ille mundū ſuum primū die uel hora Saturni nō ſculpet. Sed die potius uel hora Solis. Imprimet autē in anni natali

præſertim ſi tūc fęlices accedāt Iuppiter atq; Diana. Optimū uero fore putabūt præter liniamēta opificio colores inſerere. Sunt uero tres uniuerſales ſimul & ſingulares mūdi colores/uiridis/aureuſ/ſaphyrinus/tribus cęli gratiis dedicati. Viridis qdē Veneri ſimul atq; lunæ. Humidus uidelicet humidis: atq; naſcētium proprius: accomodatus & matribus. Aureum Solis eſſe colorē nemo dubitat: & ab Ioue īſup/atq; Venere nō alienū. Saphyrinū deniq; Ioui maxime dedicamus: cui & ſaphyrus ipſe dicit̃ conſecratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uirtutē Iouiā cōtra bilem atrā a Saturno ꝑfectā/apud medicos prærogatiuā habet: naſcit̃q; cū auro aureis diſtictus notis/ita comes auri/ſicut Solis eſt Iuppiter. Similēq; ui habet lapis Armenus: colorē ſimilē cū uiridi quodāmodo poſſidens. Expedire igit̃ iudicabūt ad gratiarū cęleſtiū munera capeſſēda tris potiſſimū hos colores frequētiſſime cōtueri. Atq; ī formula mūdi: quā fabricas ſaphyrinū colorē mūdi ſpheris īſerere. Opę pretiū fore putabunt aurea ſpheris ad ipſā cęli ſimilitudinē addere ſydera: atq; ipſā Veſtā: ſiue Cererē. i. terrā uiridē induere ueſtē. Eiuſmodi formulā ſectator illorū: uel ipſe geſtabit: uel oppoſitā intuebit̃. Vtile uero fore ſpectare ſpherā motibus ſuis præditā qualē Archimedes quōdā: & nuꝑ florētinus qdā noſter Laurētius noīe fabricauit. Neq; ſpectare ſolū: ſed ēt aīo reputare. Proīde ī ipſis ſuę domuſ penetralibuſ cubiculū cōſtruet ī fornicē actū figuris eiuſmōi/& coloribus īſignitū. Vbi plurimū uigilet atq; dormiat. Et egreſſus domo nō tāta attētiōe ſingularū rerū ſpectacula/q̄ta uniuerſi figurā/coloreſq; ꝑſpiciet. Sed hęc imaginū fictores illi uiderīt. Tu uero præſtātiorē ī te finges imaginē. Nēpe cū noueris: nec qc̄q̄ ordinatius eſſe q̄ cęlū: neq; tēꝑatius aliqd cogitari: q̄ Iupiter: ſꝑabis ita demū beneficia cęli Iouiſq; cōſequi ſi cogitatiōibus/affectibus/actiōibus/uictu te ipſū ordinatiſſimū tēꝑatiſſimūq; præſtiteris. At poſtq̄ in mētionē tēꝑantiæ cęleſtis īcidimus/ oportunū forte fuerit recordari/ nullū ineſſe cęlo elemētalis qualitatis exceſſū ut ꝑipatetice loquat alioqn ſiue ita

cõpoſitũ ſit/iam eſſet tot ſeculis diſſolutũ:ſiue etiã ſimplex/ tãta ſaltẽ magnitudine/potẽtia/ motione cętera pdidiſſet. Sed ꝓfecto tanq̃ moderatiſſimũ/oĩa moderat̃:ac diuerſa cõmiſcet in unũ. Pręterea tũ hac ipſa tempantia ſua:tũ excellentia formę/diuinitus uitã meruit. Nã & res cõpoſitas: tunc demũ uitã adipiſci uidemus/ quãdo qualitatũ pfecta cõmixtio priorẽ iam cõtrarietatẽ fregiſſe uidet̃/ut ĩ plantis. Perfectiorẽ deinceps in aĩalibus uitã/quatenus ineſt eis complexio a cõtrarietate remotior q̃ ĩ plãtis. In hõibus rurſum eadẽ rõne pfectiorẽ:& quodãmodo iã cęleſtẽ. Siquidẽ humana cõplexio ad cęleſtẽ tempantiã iam acceſſit:præſertim ĩ ſpũ: q ultra ſubſtãtiæ ſuæ ſubtilitatẽ qualitatũq; tempantiã: q̇bus cũ cęlo conſentit:cęleſtẽ quoq; lucẽ eſt adeptus. Hic inſup ubi maxime talis eſt/potiſſimũ eſt cęleſtis/uitãq; cęleſtẽ diuinitus præcæteris eſt adeptus: & quatenus ſe talẽ in omni uictu legeq; uitæ efficit/atq; ſeruat: eatenus ſingularia cęleſtiũ dona reportat. Quãdo uero dicimus nõ eſſe in cęlo ullũ elemẽtaris qualitatis exceſſum/ ĩtelligimus/ uel nullã eſſe ibi eiuſmodi qualitatẽ! ſed uirtutes potius effectrices qualitatũ tempatas:uel ſi quę ſunt illic quodãmodo ſimiles qualitates/ quaſi aeriã habere tempiem. Atq; ubi quædã illic frigida ſiccaq; nominamus/Platonica hęc accipimus rõne .i. ut frigidum appellet̃ quod minimi caloris eſt cauſa. Siccũ uero quod humorẽ nobis exhibet minimũ. Sic aſtrologus Abrahã Saturnũ inquit corpus noſtrũ quodamodo relinquere frigidũ atq; ſiccum/ q̇a calorẽ & humorem affert noſtro minorẽ. Eadẽ ratione carnes bouis & leporis ĩ ſe quidẽ calidę atq; humidæ/nobis frigidę ſũt & ſiccæ. Ex hac aũt inductione duo hæc accipe corollaria: primũ quidẽ ſi corpora magis deinceps tempata magis uiuũt/cęlũ maxime tẽpatũ q̃maxime uiuere. Immo uero uiciſſim ex eo ꝙ cęlũ exactiſſime tempatũ abſolutiſſimã in ſe uitã poſſidet/coniectari:ut quatenus reliqua ad tẽpiem uitãq; illius accedũt/eatenus uitã ſortiri præſtantiorẽ. Alterũ uero uitã eſſe formã in ſe perfectam/pficientẽq; corpus/motioniſq; pĩcipiũ exhibentẽ. Principiũ

inq̃ intimũ/motionis quoq; tũ intrinſecus actę: tũ ꝑ oẽm partẽ ex triſecus expeditæ. Si igiť id ipſũ uita eſt/mentecaptũ exiſtimato: qui eiuſmodi formã nõ cognouerit ineſſe cęlo/corpore pręſtãtiſſimo/circũeunte ſemꝑ motione ꝑfecta/cũcta uiuificãte/magiſq; illa gradatim/quæ uel ad ipſius ſimilitudinẽ naturaliter ꝓpinqus acceſſerũt: uel quotidie huius influxibus aptius ſe exponunt.

Quantam imagines uim habere puteñť in ſpũm/& ſpũs ĩ eas. Et de affectu utentis & operantis. Cap. xx.

Compertũ habemus: ſiquis rite utaŕ helleboro/feratq; potenter/mutare quodãmodo exqſita purgatione/& occulta eius ꝓprietate qualitatẽ ſpũs corporiſq; naturã: & ex parte motuſ animi: & quaſi reiuueneſcere/ut ferme uideaŕ eſſe renatus. Vnde Medeã magoſq; tradũt herbis qbuſdã reddere iuuentutẽ conſueuiſſe: quã nõ tam reddunt mirobalani/ q̃ cõſeruãt. Similẽ aſtrologi poteſtatẽ ꝓpitias habere imagines arbitranť: ꝑ quã geſtãtis naturã/& mores quodãmodo mutẽt: ĩ meliuſq; reſtituãt: ut quaſi iam alter euaſerit: aut ſaltẽ ꝓſperã ualitudinẽ diutiſſime ſeruent. Imagines uero noxias aduerſus geſtantem habere uim hellebori præter artẽ potentiãq; adſũpti/ uenenoſã uidelicet atq; peſtiferã. Aduerſus ãt aliũ quendã: ad cuius calamitatẽ fabricatæ interæq; fuerint/uim æenei ſpeculi/cõcauiq; ſic ꝓrſus obiecti ut collectis/repcuſſiſq; ĩ oppoſitũ radiis: cominus qdem cõburãt: eminus ãt ſaltẽ caligare cõpellãt. Hinc orta ẽ hiſtoria/uel opinio: putãs aſtrologorũ machinis/magorũq; ueneficiis/hõies/bruta/plãtas/ſiderari/atq; tabeſcere poſſe. Ego aũt imagines in rem diſtãtẽ uim habere ullã/non ſatis ĩtelligo. Habere uero ĩ geſtantẽ/nõnullã ſuſpicor: non tamen talem opinor: qualem pleriq; fingunt: & hanc ratione materię potius q̃ figuræ: atq; (ut dixi) lõgo ĩteruallo medicinas imaginibus antepono. Quanq̃ Arabes & Aegyptii tantũ ſtatuis imaginibuſq; attribuũt arte aſtronomica/& magica fabricatis/ ut ſpũs ſtellarum in eis includi putent. Spũs aũt ſtellarũ intelligũt.

Alii quidē mirabiles cæleſtium uires:alii uero Dęmonas etiā ſtel
lę huius illiusue pediſſequos.Spūs igit̃ ſtellarū qualeſcunq; ſint/
inſeri ſtatuis & imaginibus arbitrant̃/ non aliter ac Dęmones ſo
leant humana nōnunq̄ corpora occupare: perq; illa loqui:moue
ri:mouere:mirabilia perpetrare. Similia quædā per imagines face
re ſtellarum ſpūs arbitrant̃.Putant Dęmonas mundani ignis ha
bitatores per igneos humores:uel ignitos: ſimiliterq; ꝑ ignitos
ſpūs & affectus eiuſmodi/noſtris inſinuari corporibus. Similiter
ſtellarū ſpūs per radios oportune ſuſceptos/ſuffumigationeſq; &
lumina tonoſq; uehementes cōpetentibus imaginū materiis inſe
ri:mirabiliaq; in geſtantē:uel ꝓpinquantē efficere poſſe. Quæ qui
dem nos per dęmonas fieri poſſe putamus/ nō tam materia certa
cohibitos q̄ cultu gaudētes.Sed hæc alibi diligētius. Tradunt
Arabes ſpūm noſtrū quādo rite fabricamus imagines/ ſi ꝑ imagi
nationem & affectū ad opus attentiſſimus fuerit & ad ſtellas/ cō
iungi cum ipſo mundi ſpū:atq; cum ſtellarū radiis:ꝑ quos mūdi
ſpūs agit/atq; ita coniunctū/eſſe ipſum quoq; ī cauſa/ut a ſpiritu
mundi per radios/quidā ſtellę alicuius ſpūs ideſt uiuida quædā
uirtus infundat̃ imagini:potiſſimū hominis tūc oꝑantis ſpiritui
conſentanea. Adiuuari quoq; ſuffumigationibus ad ſtellas acco
modatis opus eiuſmodi. Quatenus ſuffumigationes tales aerē/
radios/ſpūm fabri. Imaginis materiā:ſic prorſus afficiunt. Ego
uero odores quidē tanq̄ ſpūi aeriq; natura perſimiles/& cū accen
ſi ſūt/ ſtellarū quoq; radiis cōſentaneos arbitror/ſi Solares/ uel Io
uii ſūt/afficere aerē ac ſpūm uehemēter ad dotes Solis:aut Iouis:
tunc dominātis/oportune ſub radiis capiēdas/atq; ſpūm ſic affec
tum/ita donatū/poſſe uehemētiore quodā affectu/nō ſolū in pro
prium corpus agere:ſed propinquum: præſertim natura cōforme
quidē/ſed debilius:& conſimili quadam afficere qualitate. Mate
riam uero imaginis duriorē ab odoribus & oꝑantis imaginatio
ne/uix minimū quiddā ſuſcipe poſſe puto. Spūm tamē ipſum ab
odore ſic affici/ut ex ambobus unū conficiat̃:quod quidē ex eo

patet q᷑ odor nõ agit ulterius in olfactum/poſtq̃ ſatis egit. Olfactus.n. & quod uis aliud a ſe ipſo uel ſimillimo quopiã nihil patit̃. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionem: non tam ĩ fabricandis imaginibus/uel medicinis uim habere/q̃ in applicandis/& aſſumẽdis exiſtimo: ut ſi quis imaginem (ut aiunt) geſtans rite factam: uel certe medicina ſimiliter utens/ opem ab ea uehemẽter affectet: & proculdubio credat/ ſperetq; firmiſſime: hinc certe q̃plurimus ſit adiumẽto cumulus acceſſurus. Nam ubi uel uirtus imaginis ſiqua eſt/tangentis carnẽ/penetrat calefacta: ſaltem uirtus in electa eius materia naturalis: uel certe medicinæ uigor intus adſũptæ/ uenis ac medullis illabit̃/Iouiam ſecum ferẽs ꝓprietatem: ſpũs hominis in ſpũm eiuſmodi Iouium affectu ideſt amore transfertur. Vis enim amoris eſt transferre. Fides aũt ſpeſq; nõ dubia ſpũm hominis iam ita ꝑcitum ſiſtit in ſpiritu Iouio penitus/atq; firmat. Quod ſi quẽadmodum Hippocrates & Galienus docent ægrotantis amor fideſq; erga medicum inferiorem exterioremq; ad ſanitatem plurimũ conferũt: ĩmo uero fiduciam hanc Auicenna plus inquit efficere q̃ medicinã: quãtũ ad cęleſtem opẽ cõducere putandũ eſt? affectũ fidemq; nobis erga cęleſtem influxũ iam nobis inſitũ/agentẽ intus: uiſcera penetrãtem? Iam uero amor ipſe fideſq; erga cæleſte donũ: ſæpe cæleſtis admĩniculi cauſa eſt/atq; uiciſſim amor & fides hinc aliquando forſan proficiſcit̃: quod ad hoc ipſum iam nobis faueat clemẽtia cęli.

De uirtute uerborũ: atq; cantus ad beneficium cæleſte captandũ. Ac de ſeptẽ gradibus ꝑducentibus ad cæleſtia. Cap. xxi.

u Erba pręterea quędam acriore quodam affectu pronuntiata/uim circa imagines magnã habere cenſent ad effectum earum illuc proprie dirigẽdum: quorſum affectus intẽdunt̃/ & uerba. Itaq; ad duos ardẽtiſſimo quodã amore cõciliãdos imagine ſub luna coeũte Cũ Venere ĩ piſcibus/ uel tauro fabricabãt:

multis interim circa ſtellas uerbaq; curioſius obſeruatis: quæ referre/nõ eſt conſiliũ. Non enim philtra docemus/ſed medicinas.

Probabilius autem eſt effectus eiuſmodi uel per Venereos Dęmonas confici: his operibus uerbiſq; gaudẽtes: uel per dęmonas ſimpliciter ſeductores. Nam & Apollonium Theaneum ſæpe Lamias deprehendiſſe & prodidiſſe ferunt: Dęmonas ſcilicet quoſdam ſalaces Venereoſq;/q formoſas puellas ſimulent/pelliciãtq; formoſos: quos ut ſerpẽs elephantẽ ore: ſic illi illos ore uulua pariter exſugant ac prorſus exhauriant. Sed hæc Apolloniuſ ipſe uiderit. In uerbis autẽ certis uim eſſe certam/atq; magnã Origenes aſſerit contra Celſum/& Sineſius/atq; Alchindus de magia diſputantes. Item Zoroaſter: uetans barbara uerba mutari. Iamblicus quoq; ſimiliter. Item Pythagorici uerbiſ/& cãtibus/atq; ſonis mirabilia quædam Phoebi & Orphei more facere cõſueti. Quod hebreorum antiqui doctores præcæteris obſeruarunt: omneſq; poetæ mirãda canunt carminibus effici. Et grauiſſimus ille Cato ĩ re ruſtica in curandis beſtiarum morbis/ aliquãdo barbaris cantionibus utit̃. Sed præſtat dimittere cantiones. Concentũ uero illũ/ quo adoleſçens Dauid Saulem ab inſania redimebat/ niſi myſterium iuſſerit ad diuinitatem referri/ referet forte aliquis ad naturam. Cum uero pro ſeptem planetarum numero: ſeptem quoque ſint gradus/per quos a ſuperioribus ad iferiora fit attractus/ uoces medium gradum obtinent/& Apollini dedicantur. Infimum quidem tenent gradum materiæ duriores/ lapides atq; metalla: ac lunam referre uidentur. Secundum in adſcenſu locum habent: quæ ex herbis/ arborum fructibus/ gummis/mẽbris animalium componuntur: Reſpondentq; Mercurio: ſi ordinem in cælo ſequimur chaldeorum. Tertiũ pulueres ſubtiliſſimi/eorũq; uapores ex prædictis electi: odoreſq; ſimpliciter herbarũ & florũ/& unguẽtorũ ad Venerẽ ꝑtinẽtes. Quartũ uerba: cãtus: ſoni: quæ oĩa rite dedicant̃ Apollini muſicę præcæteris auctori. Quintũ/uehementes imaginatiõis cõceptus formæ/motus/affectus uim Martiã referẽ

tes. Sextum rationis humanæ diſcurſiones deliberationeſq; con ſulte pertinentes ad Iouem. Septimum ſecretiores ſimplicioreſq; intelligentiæ quaſi iam a motu ſeiunctę/coniunctę diuinis: deſti natę Saturno. Quē merito Sabath hebrei nomine qetis appellāt. Quorſum hæc? Vt intelligas quēadmodū ex certa herbarū uapo rumq; cōpoſitione cōfecta ꝑ artem/tū medicā/tū aſtronomicam/ reſultat cōmunis quędā forma uelut harmonia quędā/ſyderū do tata muneribus: ſic ex tonis primo qdem ad ſtellarū normā elec tis: deinde ad earūdem cōgruitatem interſe cōpoſitis/cōmunem quaſi formā fieri: atq; ī ea cęleſtem aliquā ſuboriri uirtutē. Diffi cillimum qdē eſt iudicatu quales potiſſimū toni/qualibus cōue niant ſtellis: quales item tonorū compoſitiones: qualibus præci pue ſyderibus aſpectibuſq; conſentiant. Sed partim diligētia no ſtra/partim diuina quadā ſorte non aliter id aſſequi poſſumus/q̄ Andromachus in theriaca componenda diutiſſime fatigatus: ac tandē poſt diligētiam: diuina ſorte cōſecutus theriacę uirtutem. Quod qdē cōtigiſſe diuinitus Galienus & Auicēna cōfirmant. Immo uero totā medicinā exordium a uaticiniis habuiſſe teſtis eſt Iamblicus atq; Apollonius theaneus. Ideoq; Phębū uatē me dicinæ præponūt. Tres uero potiſſimum regulas ad hoc affere mus/ſi prius admonuerimus/ne putes nos impręſentia de ſtellis adorādis loq: ſed potius imitādis/& imitatione captādis. Neq; rurſum de donis agere credas: quę ſtellę ſint electione daturę: ſed īfluxu potius naturali. Ad quē ꝑfecto multiplicē/& occultū: ita nos exqſitis ſtudemus modis accōmodare: ſicut quotidie ad ma nifeſtū Solis lumē calorēq; ſalubriter excipiēdū noſipſos accōmo damuſ. Aptare uero ſe ipſū ad occultas dotes eius atq; mirificas/ ſolius ſapiētis ē officiū. Sed iā ad regulas cātū ſyderibus accōmo daturas ꝑueniamuſ. Prima ē exqrere quas ī ſe uires quos ue ex ſe effectus ſtella quælibet & ſydus & aſpectus habeāt: quæ auferāt: quę ferant. Atq; uerborū noſtrorū ſignificatiōibus hęc īſerere. De teſtari quę auferūt: ꝓbare quę ferūt. Secūda: cōſiderare quę ſtella

cui loco maxime uel homini dominetur. Deĩde obſeruare q̃uali bus cõmuniter hę regiões & ꝑſonę tonis utanť/ & cãtibuſ. Vt ipſe ſimiles quoſdã una cũ ſignificationibus modo dictis adhibeas uerbis: quę ſyderibus eiſdẽ ſtudes exponere. Tertia ſitus aſpec tuſq; ſtellarũ quotidianos aĩaduertere: atq; ſub his explorare/ ad quales potiſſimũ ſermones/cãtus/motus/ſaltus/mores/actus inci tari hoies pleriq; ſoleãt/ut talia quædã tu ꝓ uiribus imiteris ĩ can tibus/cęlo cuidam ſimili placituris/ſimilẽq; ſuſcepturis influxũ.

Memento uero cantũ eſſe imitatorem oium potentiſſimũ. Hic enim intẽtiones/affectioneſq; animi imitať: & uerba: refert quoq; geſtus/motuſq; corporis/& actus hominũ/atq; mores. Tamq; ue hemẽter omnia imitať/& agit: ut ad eadẽ imitãda/uel agenda/tũ cantantẽ/tum audiẽtes ſubito ꝓuocet. Eadẽ quoq; uirtute quan do cæleſtia imitať: hinc quidem ſpũm noſtrũ ad cæleſtẽ influxũ: inde uero ĩfluxum ad ſpũm mirifice prouocat. Iam uero materia ipſa concẽtus purior eſt admodũ/cæloq; ſimilior q̃ materia medi cinę. Eſt.n. aer etiã hic quidẽ calens/ſiue tepens/ſpirans adhuc/& quodãmodo uiuẽs ſuis quibuſdã articulis artubuſq; cõpoſitus/ ſicut animal: nec ſolũ motum ferẽs/affectũq; præferẽs: uerũ etiam ſignificatũ afferens quaſi mentẽ: ut animal quoddã aeriũ/& ratio nale quodãmodo dici poſſit. Concẽtus igiť ſpũ ſenſuq; plenus/ ſi forte tum ſecundũ eius ſignificata: tum ſecundũ eius articulos atq; formã ex articulis reſultantẽ: tũ etiã ſecundũ imaginationis affectũ/huic ſyderi reſpõdeat/aut illi/nõ minorem inde uirtutem q̃ quælibet alia cõpoſitio trahicit in cãtantẽ: atq; ex hoc in proxi mum auditorẽ. Quouſq; cantus uigorẽ ſeruat/ſpũmq; canentis. Præſertim ſi cantor ipſe ſit natura phębeus: uehemẽterq; habeat uitalem cordis ſpũm/atq; inſuꝑ animalẽ. Sicut.n. uirtus ac ſpũs naturalis/ubi potentiſſimus eſt/mollit ſtatim/ liquefacitq; alimẽ ta duriſſima/atq; ex auſteriſ mox dulcia reddit: generat quoq; ex tra ſe ſeminalis ſpũs ꝓductione propaginẽ: ſic uitalis/aĩaliſq; uir tus ubi efficaciſſima fuerit/ibi intẽtiſſima quadã ſui ſpũs ꝑ cantũ/

tum conceptione agitationeq; in corpus proprium potēter agit: tum effuſione/mouet ſubinde propinquū: afficitq; cum ſuū/tum alienū ſyderea quadā proprietate/quā tum ex ipſa ſui forma: tū ex electa temporis oportunitate cōcepit. Hac utiq; ratione orientales/ meridionaleſq; multi præcipue Indi admirādam ferunt̄ in uerbis habere potentiā: utpote qui magna ex parte ſolares ſunt: uimq; nō naturalem dico/ſed uitalē & aialē habent ferme omniū potētiſſimā. Et quicūq; in regionibus aliis maxime ſunt phębei.

Cantus autē hac uirtute/oportunitate/intentione cōceptus ferme nihil aliud eſt q̄ ſpūs alter nuꝑ penes ſpūm tuum in te cōceptus/factuſq; ſolaris/& agens tū in te: tum ī proximum/poteſtate ſolari. Si.n.uapor & ſpūs quidā/aliquādo per radios oculorum/ uel aliter foras emiſſus faſcinare/ inficere/ aliterq; afficere ꝓximū poteſt/multo magis id ualet ſpiritus ab imaginatione cordeq; ſimul uberior ꝓfluēs & feruētior: motuq; ualētior. Vt nō omnino mirum ſit: morbos quoſdam animi atq; corporis ſic auferri poſſe aliquādo: uel inferri. Præſertim quoniā ſpūs eiuſmodi muſicus ꝓprie tangit/agitq; in ſpūm: inter corpus aiamq; mediū: & utrūq; affectione ſua prorſus afficientē. Mirabilē uero in cōcitato canenteq; ſpū uim eſſe cōcedes: ſi Pythagoricis Platonicisq; cōceſſeris/ cęlum eſſe ſpūm motibus toniſq; ſuis omnia diſponentem. Memento uero totam ꝓcedere muſicā ab Apolline. Atq; eatenus Iouem eſſe muſicū/quatenus eſt cū Apolline concors. Venerē inſuꝑ & Mercurium muſicā uicinitate Apollinis reportare. Item ad hos quattuor dūtaxat attinere cōcentus. Tres uero reliquos uoces quidem habere non cantus. Iam uero uoces/tardas/graues/raucas/querulas Saturno tribuimus. Marti uero cōtrarias/ueloces/ acutaſq;/& aſperas/& minaces. Medias uero Lunæ. Concētus aūt Ioui quidē graues/& intentos/dulceſq;/& cū cōſtātia lętos. Cōtra Veneri cum laſciuia/ & mollitie/uoluptuoſos cātus adſcribimus. Inter hos uero medios Soli tribuimus & Mercurio. Si una cū gratia ſuauitateq; ſūt uenerabiles/& ſimplices/ & intenti/ Apollinei

iudicantur. Si una cũ iucũditate remiſſiores quodãmodo ſũt: ſtre
nui tamẽ atq; multiplices/Mercuriales exiſtũt. Tu igiť horũ quat
tuor unũquẽq; cãtibus tibi ſuis cõciliabis: pręſerti ſi cõpetẽtes cã
tibus ſonos adhibeas/adeo ut cũ eorũ more oportune canẽdo/&
ſonãdo clamaueris/reſpõſuri ꝓtinus uideanť: uel iſtar Eccho: uel
ſicut corda quædã ĩ cithara tremẽs; quotiens uibrať altera/tẽpata
ſimiliter. Atq; ut uult Plotinus & Iamblicus ita naturaliter id tibi
cõtinget e cęlo: quẽadmodũ uel ex cithara reboatus: ſiue tremor:
uel ex oppoſito pariete fit Eccho. Profecto quotiẽs ex frequenti
quodã uſu/harmonię Iouiæ/uel mercurialis/uel ueneręæ/factę ui
delicet his regnãtibus/ſpũs tuus ad hoc ipſũ attentiſſime canẽs/
harmonięq; cõformatus euadit Iouius/uel Mercurialis/uel Vene
reus: Interea Phębeus euadit: ſiqdẽ Phoebi ipſius muſicæ ducis
uirtus in õi cõſonãtia uiget. Atq; uiciſſim ex cãtu ſonoq; phębeo
ipſe phębeus euadẽs/uirtutem Iouis interi tibi uẽdicas/& Vene
ris/atq; Mercurii. Rurſuſq; ex ſpũ ſic intus affecto/ſimiliter afficis
animã atq; corpus. Memẽto uero orationẽ apte/& oportune com
poſitam/& affectu ſenſuq; plenã/atq; uehementẽ/ſimilẽ cantibus
uim habere. Quantã in orãdo potẽtiã Damis & Philoſtratus ha
bere ſacerdotes quoſdã indos narrẽt/referre non expedit: nec ẽt q
bus uerbis Apolloniũ euocaſſe manes Achillis affirmẽt. Nõ.n.lo
qmur nũc de numinibus adorãdis: ſed de naturali quadã poteſta
te ſermonis/& cãtus/atq; uerborũ. Eſſe uero phębeã medicãq; ĩ ſo
no/ & eo qdẽ certo potentiã: ex eo patet: ꝙ q in apulia tacti pha
langio ſũt: ſtupẽt oẽs ſemiaĩeſq; iacẽt: donec certũ qſq; ſuũq; ſonũ
audiat. Tũc.n.ſaltat ad ſonũ apte: ſudatq; inde/atq; cõualeſcit. Ac
ſi poſt ãnos.x.ſimilẽ audiuerit ſonũ/ ſubito concitať ad ſaltũ. So
num uero illum ex indiciis eſſe phębeũ Iouialẽq; cõiicio.

Qũo ſeptẽ modis nos cæleſtibus accomodare poſſumus: & qbus
Saturnus ſit maleficus: qbus ꝓpitius: quos Iupiter a Saturno de
fendat: qũo cęlũ agat in ſpũm & corpus & aĩam Cap xxii

q Voniam uero cęlum eſt harmonica ratione cõpoſitum/ moueťq; harmonice/& harmonicis motibus atq; ſonis efficit omnia: merito per harmoniã ſolã/nõ ſolũ homines: ſed ĩfe riora hæc omnia pro uiribus ad capienda cæleſtia pręparanť. Har moniã uero capacem ſuꝑiorũ ꝑ ſeptẽ rerũ gradus ĩ ſuꝑioribus di ſtribuimus. Per imagines uidelicet (ut putãt) harmonice cõſtitu tas: Per medicinas ſua quadã conſonãtia temꝑatas: Per uapores odoreſq; ſimili cõcinnitate confectos: Per cantus muſicos/atq; ſo nos: Ad quorum ordinẽ/uimq; referri geſtus corporis ſaltuſq; & tripudia uolumus. Per imaginationis cõceptus/motuſq; concin nos: per cõgruas rationis diſcurſiones: per trãquillas mentis cõ templationes. Sicut.n.corpus per harmoniã quotidie ſuam id eſt per ſitum/& habitũ/& figuram oportune lumini caloriq; ſolis exponimus: ſic & ſpũm occultis ſtellarũ uiribus comꝑandis: per ſuam quãdam ſimilem harmoniã/imaginibus/ut opinanť/& cer te medicinis/odoribus harmonice cõpoſitis comꝑatã. Et deniq; per ſpũm ſuperis ita paratum/ ut ſæpe iam diximus/ animam eiſ dem exponimus atq; corpus. Animã inquã quatenus affectu ad ſpũm ĩclinatur/& corpus. In anima uero nũc imaginationẽ/ ratio nem mentem ponimus. Poteſt utiq; imaginatio noſtra uel prop ter qualitatem/motũq; ſpũs: uel per electionem noſtrã: uel etiam utrinq; ita diſponi/componi/cõformari Marti/ Soli ue/ ut ſit e ue ſtigio propriũ influxus Phębei uel Martii ſuſceptaculũ. Similiter ratio/uel ꝑ imaginationẽ ſpũmq; ſimul/uel ꝑ deliberationem/uel utrinq;/ſic ad Iouẽ imitatione quadã compare ſe poteſt: ut multo magis ob dignitatẽ ꝓpĩqtatẽq; ſuã ipſa Iouẽ capiat/& munera Io uis q̃ imaginatio/ſiue ſpũs: queãdmodũ imaginatio ſpũſq; eadẽ rõe multo magis cęleſtia capiũt/q̃ res/& materię quęuis ĩferioreſ. Mens deniq; cõtẽplatrix quatenus ſe ipſã nõ ſolũ ab his quę ſen timus: uerũ ẽt ab eis quę imaginamur cõiter moribuſq; argumẽta mur humanis/ſeuocat/& affectu/ĩtentione/uita ad ſeꝑata ſe reuo cat: Saturno quodãmodo ſe exponit. Huic ſoli ꝓpitius eſt Satur

nus. Sicut .n. Sol aĩalibus qdẽ nocturnis inimicus eſt/ diurnis ãt eſt amicus: ita Saturnus hõibus/ uel uulgarẽ palã uitã agentibus uel fugiẽtibus qdẽ uulgi cõſuetudinẽ: uulgares tamẽ affectus/ nõ dimittẽtibus/ eſt aduerſus. Vitam nãq; cõmunẽ cõceſſit Ioui: ſepa tam uero ſibi uẽdicauit atq; diuinã. Mẽtibus aũt hominũ re uera hinc pro uiribus ſegregatis/ tanq̃ ſibi cognatis quodãmodo eſt amicus. Nam & ſpiritibus ſublimẽ habitantibus aerem ipſe Satur nus (ut Platonice loquar) eſt pro Ioue: ſicut Iuppiter hominibus cõmunem agẽtibus uitam/ eſt iuuãs pater. Nullis uero Saturnus eſt infenſior: q̃ hominibus contemplatiuam uitam ſimulãtibus quidẽ/ nec agentibus. Hos. n. nec Saturnus agnoſcit/ ut ſuos: nec Iuppiter ipſe Saturni temperies adiuuat eos: qui cõmunes homi num leges/ moreſq;/ & cõmertia fugiunt. Hęc. n. ſibi Iuppiter uſur pauit: (ut aiunt) ligato Saturno. Segregata Saturnus. Quamob rem Lunares illi populi/ quos Socrates in Phedone deſcribit/ emi nentiſſimã terrę ſupficiem/ & altiorẽ nubibus habitantes/ uiuẽtes ſobrii admodum/ frugibuſq; contenti/ & ſecretioris ſapientiæ ſtu dio religioniq; dediti/ Saturni fęlicitatem guſtant: uitamq; agũt ita pſperam/ tam longęuã: ut non tam mortales homines/ q̃ imor tales Dęmones habeant̃. Quos heroas multi nominant/ aureũq; genus Saturnio quodam ſęculo regnoq; gaudens. Quod forſan aſtrologos arabes uoluiſſe puto. Vbi aiũt ultra lineã equinoctia lem ad meridiẽ eſſe ſubtiliſſimos habitatores quoſdã Dęmonas: qui nec oriri uideant̃/ neq; mori. ibiq; poteſtatem habere Saturnũ caudãq; draconis. Quod ſane cõfirmare uidet̃ Albumaſar ĩ libro Sadar dicens quaſdã indię regiones Saturno ſubiectas eſſe: ibiq; homines eſſe ualde longæuos/ ac ſenio plurimũ extremo decede re. Rationemq; aſſignat: quoniã Saturnus nõ lędat domeſticos: ſed externos. Tu uero poteſtatẽ Saturni ne negligas. Hunc. n. ferunt Arabes omniũ potẽtiſſimũ. Planetas ſane uires eorũ ſubi re/ ad quos accedunt. Oẽs uero ad eũ accedere potius q̃ uiciſſim. Planetaſq; coniunctos illi/ natura illius agere. Eſt enim ipſe inter

planetas orbis ampliſſimi caput. Quilibet ſane planeta ſui orbis caput eſt/& cor/& oculus. Saturnus item ſtellis ꝓximus eſt innumeris: Primoq; mobili q̃ſimillimus: lõgum agit circuitum. Eſt altiſſimus planetarum. Vnde fęlicem eum uocant: Cui ille fęliciter aſpirauerit. Et q̃uis eũ tã q̃ a cõmuni uita hominũ alienũ/plerũq; maxime uereant̃/placari tamen etiã cõmuni uitæ putãt: ſi quãdo plurimã in aſcendẽte poteſtatẽ dignitatemq; habuerit: aut Iuppiter eũ ſuus fęliciter aſpexerit: uel in ſuis finibus excellenter acceperit. Alioqn influxus illius importune ſuſceptus ĩ materia præſertim craſſa/fit quaſi uenenum: Sicut & ouum putrefactione uel aduſtione fit uenenoſũ. Vnde naſcunt̃ uel euadunt ĩmundi qdã ignaui triſtes inuidi: Dęmonibus immundis expoſiti. Quorum cõmertiũ ꝓcul effugito. Nã Saturni uenenum alibi qdẽ ſopitũ latet/ceu ſulphur a flãma remotum. In uiuẽtibus uero corporibus ſæpe flagrat/atq; ut ſulphur accenſum nõ conburit ſolum/ ſed uapore etiã noxio oĩa circũimplet/atq; inficit propinquãtes. Cõtra influxum eius hominibus cõmuniter ꝑegrinum & quodãmodo diſſonum nos armat Iuppiter/tum naturali qualitate ſua: tum alimentis/medicinisq; certe ſuis/atq; (ut putant) etiam imaginibus tum etiã moribus/negociisq; & ſtudiis/ atq; rebus ad ipſum proprie ꝑtinentibus. Noxiũ uero influxũ Saturni effugiũt/ſubeũtq; propitium: nõ ſolũ q ad Iouem confugiunt: ſed etiã qui ad diuinam contẽplationem ab ipſo Saturno ſignificatam/ tota mẽte ſe conferũt. Hoc.n. pacto malignitatem fati deuitari poſſe Chaldei & Aegyptii atq; Platonici putant. Cum.n. cæleſtia nolint eſſe corpora uana: ſed diuinitus animata: atq; inſuper mentibus recta diuinis/nimirũ illinc ad homines non ſolũ q̃plurima ad corpus/& ſpũm ꝑtinentia: ſed multa etiã bona quodãmodo in aĩam redundãtia proficiſci uolunt: nõ a corporibus in aĩam/ ſed ab animis. Magis aũt hæc pluraq; eiuſmodi a mẽtibus ſuꝑioribus cęlo profluere. Inter hæc ſi rõnes oẽs aſſignare uolueris/ quibus adductus Moſes ociũ ſabbati mãdauit hebreis: forſam ultra ſublimio

rem/ſecretioremq; allegoriam inuenies Saturni diem/ actionibus ciuilibus bellicisq; ineptũ/ contẽplationibus aptũ: eoq; die diuinum cõtra diſcrimina patrocinium obſecrandũ. Quod quidẽ impetrari poſſe aduerſum Martis & Saturni minas Habraham & Samuel/ & plures hebreorũ aſtrologi/ eleuatione mẽtis in deum uotiſq; & ſacrificiis confitent̃: pręceptũ illud chaldeum confirmãtes ſcilicet ſi mentẽ ad pietatis opus ardentẽ erexeris: corpus quoq; caducum ſeruabis. Cõſideratu dignum eſt illud Iamblichi: Cæleſtia mundanaq; numina uires quaſdã in ſe ſuꝑiores/ nõnullas inferiores habere. Per has quidẽ effectibus nos fatalibus deuicire: per illas aũt uiciſſim ſoluere nos a fato: quaſi claues ut inquit Orpheus ad aperiendũ habeant & claudendũ. Multo igit̃ magis diuinitas mũdo ſuꝑior a fatali neceſſitate nos redimit. Exploratu quoq; digniſſimum eſt hebraicũ illud in mactãdis animalibus rebuſq; noſtris ſacrificio diſſipandis mala cęlitus ĩminẽtia a nobis ad noſtra deflecti. Sed hęc Pico noſtro exploranda relinquimus.

Deniq; ubicunq; dicimus cęleſtiũ ad nos dona deſcẽdere: intellige tum corporum cęleſtium dotes in corpora noſtra uenire per ſpũm noſtrum rite paratũ: tum eadem/ prius etiã per radios ſuos influere ĩ ſpũm naturaliter: uel quõcũq; illis expoſitum: tum etiã aĩarum cæleſtiũ bona/ partim in eundẽ ſpũm ꝑ radios ꝓſilire/ atq; hinc in noſtros aĩos redũdare: partim ab aĩs eorũ uel ab angelis ĩ aĩos hõium illis expoſitos ꝑuenire. Expoſitos inq̃ nõ tã naturali quodã pacto/ q̃ electione arbitrii liberi uel affectu. Sũmatĩ uero ꝗcũq; uoto/ ſtudio/ uita/ moribus beneficẽtiã actionẽ ordinẽ cęleſtiũ imitant̃: eos exiſtimato tanq̃ ſuꝑnis ſimiliores: ãpliores illic dotes accipe hõies aũt artificioſe cęleſtiũ diſpoſitioni diſſimiles/ atq; diſcordes/ & clã eſſe miſeros: & deniq; palã infęlicer euadere.

## Vt proſpere uiuas agaſq;: imprimis cognoſce ingenium: ſydus: genium tuum: & locum eiſdem cõuenientẽ. hic habita. Profeſſionem ſequere naturalem. Cap. xxiii.

q Vicunqꝫ ſanæ mētis ſuiqꝫ cōpos naſcit̃/ eſt a cęlo ad ho
neſtum aliquod opus & uitæ genus naturaliter inſtitu
tus. Quiſquis igit̃ cęlum optat habere propitium: hoc
opus: hoc genus īprimis aggrediatur: hoc ſedulo proſequat̃. Cę
lum.n.ſuis fauet inceptis. Ad hoc ipſum uero præceteris es natu
ra factus: quod primum a teneris annis agis/ loqueris/ fingis/ op
tas/ ſōnias/ imitaris/ quod tētas frequētius/ quod facilius ꝑagis/
quo ſūmopere proficis/ quo præcęteris delectaris: Quod relinqs
inuitus. Hoc eſt ſane ad quod te cęlum/ rectorqꝫ cęli genuit. Eate
nus igitur tuis fauebit inceptis: & aſpirabit uitæ: quatenus geni
toris ipſius auſpicia ꝓſequeris. Præſertim ſi uerū ſit Platonicum
illud/ in quo tota cōſentit antiqtas/ Vnicuiqꝫ naſcenti eſſe Dęmo
nem quendā uitæ cuſtodē ipſe ſuo ſydere deſtinatum. Qui & ad
hoc ipſum officium adiuuet: cui naſcentē cęleſtia deputarūt. Qui
cunqꝫ igit̃ ꝑ argumenta quæ modo diximus ſuū ingeniū ꝑſcruta
tus: ita naturale ſuum opus inueniet/ inuenerit ſimul ſuū ſydus
& Demonem. Quorum exordia ſequēs/ aget proſpere/ uiuetqꝫ fę
liciter. Alioqn & fortunā exꝑietur aduerſam/ & cęlū ſentiet inimi
cum. Duo igit̃ ſunt præcæteris hominum īfortunatorū genera:
Alterū eorum qui nihil profeſſi/ nihil agunt. Alterū eorū/ qui pro
feſſionem ingenio alienā ſubeūt: genioqꝫ cōtrariā. Illi quidē igna
uia torpent: interim ad actiones incitāte cęlo ſemꝑ agēte. Hi dū
aliena a patronis cæleſtibus agunt/ fruſtra laborant ſuꝑnis deſti
tuti patronis. Primum quidē antiquo prouerbio confirmat̃. Dei
adiuuant facientes: ignauis aūt infenſi ſunt. Secundū prouerbio
ſimili. Nihil agas inuita Minerua. Ob hanc arbitror rōnem Iouē
in Pythagoricis carminibus obſecrari: ut uel ipſe tot malis leuet
genus humanum: uel ſaltē quo duce dęmone utamur/ oſtendat.

Proinde opę pretium fuerit indagare: ad quā potiſſimum regio
nem habitandā & excolendā te tuū ſydus/ Dęmonqꝫ tuus ab ini
tio deſignauerit. Ibi.n.magis aſpirant. Ea uero eſt/ ī quam primū
profectus/ ſpūs tuus quodāmodo recreatur/ ubi ſenſus uegetior

permanet: ubi corporis habitudo ualidior: Vbi magis pleriq; fauent: ubi uota ſuccedunt. Hæc igiť experire. Hanc regioně elige. Hanc cole fęliciter. Hinc uidelicet diſceſſurus infelix: niſi & rediturus/ & ad ſimilia pgas. Sed interea frequẽtibus in hac regione motibus te exerce: giroſq; quoſdã cęleſtiũ iſtar agito. Motu. n. circuituq; eiuſmodi genitus ſimilibus cõſeruabere. Quãtũ præterea ad habitationẽ ptinet/ utiliter recordabere: Sicut alimẽta uitæ neceſſaria rus quidẽ urbi ſuppeditat/ urbs uero conſumit. Sic & ipſã uitam ruſticatione frequẽti/ ubi tedium te minime coeperit/ plurimum augeri. Sed urbano cũ ocio tum negocio cõteri. Quantũ uero ad habitationẽ ſimul/ & profeſſionẽ ſpectat/ illud orientalium aſtrologorũ minime cõtemnendũ: uidelicet mutatione nominis/ profeſſionis/ habitus/ uictus/ loci/ cæleſtẽ influxum nobis tum ĩ melius tum in deterius pmutari. Dęmones quoq; uel cõmutari: uel ad eoſdẽ aliter hic/ & alibi nos habere/ Platonici iudicabunt. Demonẽ uero uniuſcuiuſq; cuſtodẽ aſtrologi cũ Platonicis geminũ eſſe poſſe cõſentiũt: alterũ quidẽ geniturę propriũ: alterũ uero profeſſionis. Et quotiẽs profeſſio cum natura cõſentit/ eundem utriuſq; Dęmonẽ: uel certe ſimillimũ nobis adeſſe: uitamq; inde noſtram magis ſecũ fore cõcordẽ/ atq; tranquillã. Sin autẽ pfeſſio diſſidet ab ingenio/ Dęmonẽ acquiſitũ arte/ eſſe a genio naturali diſcordẽ: uitãq; laborioſam atq; ſollicitam. Qualis aũt unicuiq; Dęmon ab ipſa generatione præſit cupientibus inuenire/ Porphyrius regulam inueſtigat ex planeta domino genituræ. Iulius Firmius planetã genituræ dominũ eſſe inqt: uel eũ/ q plures illic habeat dignitateſ: uel ex firmiori ſentẽtia potius/ eum cuius domicilium mox petitura ſit Luna poſt ſignũ/ quod homine naſcente iam tenet. Sed Dęmonẽ non eadẽ regula putat ĩueſtigãdum. Verum ex Chaldeorũ opinione a Sole potius aut Luna. A Sole quidem ad Lunam ĩ natiuitate diurna/ a Luna uiciſſim ad Solem in natiuitate nocturna. Vt computato ĩter hæc ĩteruallo æquale ſpatium pagas ab aſcendentis gradu deſcendens: & in quẽ terminũ

deſinis aïaduertas. Cuius.n.ſtellæ eſt ille terminus: eiuſdem eſſe Dęmonē arbitranť. Sūmatim uero a domino genituræ ſimul atq; Dęmone tenorē uitæ/fortunāq; ppendere ſolēt. Fortunā adiūxi: quoniā nōnulli partē fortunę/eadē ferme cōputant rōne. Optabant ueteres ſuū ad ſe Dęmonē ab aliquo cęli cardine deſcēdiſſe: Ab oriēte uidelicet uel occidēte uel medio utrinq; cęlo. Aut ſaltē ab undecima uel qnta plaga. Vndecima qdē medio ſupra caput noſtrū cęlo ſuccedit: ac bonus Dęmon cognominať/& aſcendētē ab oriente gradū aſpicit ex ſextili. Quinta uero cęlo antipodum medio ſuccedit/appellaťq; bona fortuna/& aſcēdentē gradū contueť ex trino. Optabāt tertio loco Dęmonē ſi modo a cadēti plaga uenerit ſaltē/uel a nona ueniſſe/uel a tertia. Nona.n. appellať Deus: tertia uero Dea. Et illa aſcēdentē gradum ex trino hęc aſpicit ex ſextili. Cadentes uero duodecimā/atq; ſextā exhorrebant. Illā ſane malū Dęmonē: hanc malā fortunā cognominātes. Nos aūt optare præterita ſupuacuū arbitrati/ monemus eaſdē plagas/ quas illi ꝑ Dęmonibus fortuniſq; optabant/ obſeuari pro planetis & ſtellis ad opus efficiendū accomodādis: ut uel ſint in angulis/aut in duabus quas diximus ſuccedentibus: aut ſaltē in duabus dūtaxat cadentibus/quas antea noïauimus. Neq; enī ab re Solem nona gaudere dicunt: Lunā tertia: Iouem undecima: Venerem uero qnta. Hę nāq; gradū conſpiciūt aſcendētem. Sed redeamus ad inſtitutū. Siue igiť ab illa quā in ſupioribus narrabā experiētia/diligētiaq;: ſiue ab hac arte/quā modo recenſui/primū inueſtigemus naturæ Dæmoniſq; inſtinctū: infortunatū eſſe cēſebimus/qui officiū nullū profiteť honeſtū. Nā & ducē ꝓfeſſionis re uera nō habet/q opus honeſtū non aggrediť: Et ducē naturalem uix ullū habet: Quoniā ſtellarū Dęmonūq; ſiue angelorū ducum diuinitus ad cuſtodiā diſpoſitorū officiū eſt agere ſemꝑ/ & excellenter/atq; latiſſime. Infortunatū inſup eū/ut ſupra diximus/ qui ꝓfeſſione naturę cōtraria: diuerſū a genio ſubit Dęmonē. Memēto uero ꝑ dignitate ꝓfeſſionū digniores gradatim accipi Dęmones ſeu mauis angelos atq; ī gubernatiōe publica/ ēt digniores.

Poſſe uero artē uitęq; tenorē accipi genio/& ingenio nō cōtrariū/ neq; lōge diuerſū: ēt ſi ad excellētiora ꝓceſſeris. Memēto rurſus fa miliaritatē eorū inire: qbus gratię cęleſtes afflāt. Quod ex bonis aī/corporis/fortunæ ꝓpēdes. Sicut. n. odor ex muſco: ſic ex bono boni nō nihil exhalat in ꝓximū/ac ſæpe pſeuerat īfuſū. Mirificus āt foret cetus triū fęliciū uel duorū inter ſe mirabiliter redundan tiū. Memēto deniq; effrenatoſ/& īpudēteſ/& malignos/acifęlices ꝓcul fugere. Hi nāq; malorū pleni demonū/ uel radiorū/malefici ſūt/& tanq̄ leproſi peſtilēteſq; nō ſolū tactu nocēt: ſed ꝓpinquita te ēt & aſpectu. Sane ꝓpinqtas ipſa corporū aīatorū putaṙ eſſe cō tactus: pp efficacē uaporū exhalatione foras a calore/ſpū/affectu/ manantē. Maxime uero peſtilēs erit flagitioſorū familiaritas atq; crudeliū: ſi uerū fuerit: poſt uegetalē uitā mēſe Iouis. i. ſecūdo no bis infuſā/deiceps mēſe Martis. i. tertio ſenſualē aīam infūdi ꝑtur bationibus mācipatā. Sic. n. q ꝑturbatione ferunṫ/martis pleni/ martiali cōtagione ꝓpinquos īficiūt. Cōtraria uero rōne cōſuetu do frequēs cōtiguūq; cōmertiū cū fęlicibus excellētibuſq; ut dixi mus ꝓdeſſe mirifice cōſueuit. Apolloniū theaneū ferūt/ epheſi de prehēdiſſe ſenē: ſub cuius figura lateret Demon/q ſola prę̨ſentia totā ciuitatē peſte contaminabat. Quantū uero Socrates multis præſentia ſola profuerit/Xenophon & Plato teſtantur.

Qua rōne litterati cognoſcant ingeniū ſuū: ſequanṫq; uictū ſpūi conſentaneum. Cap. xxiiii.

q Voniam uero litterarū ſtudioſis loquor/recordari unū quenq; uolo litterarum amore captum imprimis ſe eſſe Mercurialē: Pręterea Solarem quatenus ipſe Mercurius eſt Solaris. Atq; hęc cōmunis his omnibus eſt conditio. Proprie uero præter naturam Mercurialē quiſqs eloquii gratia/ lepore/di gnitate/uenuſtate pollet/Apollinem in ſe agnoſcat/ & Venerem. Qui ad leges uel naturalē cōmunēq; philoſophiam eſt ꝓpenſior/ nō ignoret Iouem ſe habere patronū. Sed q ad ſecretiſſima quæq; curioſius pſcrutāda penitus inſtigaṫ: ſciat ſe non Mercurialē ſolū

eſſe. Sed Saturnium. Sub cuius etiā principatu ſunt omnes ī quo uis ſtudio uſq; ad finem ſeduli: præſertim ī rebus aliis negligentes. Deniq; ſi uerum eſt quod nonnulli tā phyſici q̄ aſtronomi tradunt/animā intellectu præditā in conceptū humanū menſe Solis ideſt quarto deſcēdere: qui plurimū intellectu uiuūt/ & ab initio ſunt præcipue & quotidie ſolares euadunt. Horū itaq; planetarū fauor his hominibus auſpicādus erit. Sub eorū ſpiraculo medicinæ cōflandæ. In eorū regionibus habitandū. Verū ad Apollinē muſarū ducem īprimis uos o litterati muſarum cultores aduoco. Quicunq; igitur inter uos dilectiſſimi ī muſarū amore fratres/ ingenio multo magis/longiuſq; q̄ corpre ualēt/ii profecto ſciant in genitura quondā ſua phębē quidē materiā ſuppeditaſſe ꝑpaucā. Phębeū uero ſpūm infudiſſe q̄plurimū. Immo & quotidie humores alimētaq; in corpore in ſpūm maxima quadā ex parte reſoluere. Vnuſqſq; igitr̄ ueſtrū totus eſt ferme ſpūs. Spiritalis inq̄ homo quidā terreno hoc corpuſculo ꝑſonatus. Spūm ante alios perpetuo quodā labore fatigās: ut ipſi pręcęteris ſit aſſidue ſpūs recreādus: & in ſenectute præterea in qua cōmuniter euadit craſſior/ad ſubtilitatē propriā reuocādus. Scitis ꝓfecto craſſū corpus craſſis elemētis quattuor ali. Scitote igitur ſpiritale corpus ſuis quibuſdam tenuibus elementis quattuor enutriri. Huic.n. uinū eſt pro terra. Odor ipſe uini uicē gerit aquæ. Cātus rurſum & ſonus agit aerem. Lumen autē pręfert igneū elementum. His ergo quattuor præcipue ſpiritus alitur/uino inq̄/eiuſq; odore/& cantu ſimiliter atq; lumine. Sed neſcio quomodo ab Apolline primū exorſi incidimus mox in Bacchum. Et merito quidē a lumine ꝑuenimus in calorem: ab ambroſia in nectar: a ueritatis intuitu in ardentē ueritatis amorē. Fratres certe ſunt indiuiduiq; comites phoebus atq; Bacchus. Ille q̄dē duo potiſſimū uobis affert/lumē uidelicet atq; lyrā. Hic itē præcipue duo/uinū odorēq; uini ad ſpūm recreandū. Quorū uſu quotidiano ſpūs ipſe tandē Phębeus euadit/& liber. Quāobrē ita uos ad excipiendū Solis lumen quotidie compate/

ut quatenus deuitata deſtillatione quadam/& exſiccatione fieri poteſt/frequẽtiſſime ſub luce uiuatis: ſaltẽ in cõſpectu lucis/tum eminus/tũ cominus/tũ tecti/tũ apti ad uſũ ubiq; ueſtrũ uitalẽ Solis potentiã temperantes:atq; igne referẽtes ĩ nocte Solem: citharæ cantuſq; interim nõ obliti.Spirate uero ſemp & uigilantes & dormiẽtes aerẽ uiuũ/aerẽ luce uiuentem. Similiter habere uos oportet ad merũ Bacchi donũ Apollinis beneficio ꝓcreatũ. Eadẽ igĩ proportione qua lumen/accipite uinũ.Abunde qdem quatenus nec deſtillatio/ nec exſiccatio/qualem dixi ebrietas ue cõtingat. Atq; præter ſubſtantiam uini quotidie bis acceptam/odorẽ eius frequẽtius haurite/partim quidem os/ ubi ſpiritus fuerit recreandus/colluentes mero:partim lauantes eodem manus:partim naribus & temporibus admouentes. Satis iam fratres collocuti ſumus:ſatiſq; cõbibimus.Ergo Valete.

## Aſtronomica diligentia in liberis procreandis. In pręparandis epulis. In edificiis & habitatione/atq; ueſtibus:& q̃tũ curare talia liceat. Cap. xxv.

ſ Ed iuuat etiã parũper alloqui ſeuerũ religionis antiſtitẽ. Dic age quid nã in aſtrorũ uſu dãnas Antiſtes? Quicqd inquies arbitrio noſtro detrahit: qcqd unius dei cultui derogat. Eadẽ ego tecũ non damno ſolũ:ſed etiã ualde deteſtor. Exſecraris qnetiã ſcio/atq; ego inſup perhorreſco nõnullos/qui cum Deũ exoratũ uolũt/ ad Iouẽ in medio cęlo uaſtũ illud draconis caput ſubeuntem tã miſeri q̃ ſtulti confugiunt/ab ipſo uidelicet dracone/q quondã e cęlo corruit/tertiã ſtellarum partẽ ſecũ trahens/deniq; deuorãdi. Verũ cõcedes ne/contractibus/matrimoniis/colloqis/itineribus/ſimilibuſq; opibuſ pagẽdis/horaſ oportunas eligere? Nõ facile te his aſſenſurũ uideo:neſcio qd arbitrio metuentẽ. Ego igĩ/& ſi theologus ille magnus Albertus iſta dabit. Et rõ qnædã forte dictabit:p electionẽ ipſã ad arbitriũ ptinẽ

rem/cęleſtia ita prudentiæ noſtræ uſui ſubici/quẽadmodũ herbæ medico ſubminiſtrãt: tibi tamẽ potius ĩpræſentia credam. Et q̃ tu difficile nũc ea ꝑmittis: tã facile ipſe dimittã. Obſeruationes uero lunę ideoq; aliarũ ſtellarũ ad morbos curãdos: & idcirco ad remedia præparanda iãdiu (ut arbitror) ꝑmiſiſti. Conceſſum quoq; abſte/& inſup approbatũ/creſcente luna/eadẽq; aucta lumine/nec aliũde ĩfortunata/ſeminibus agros ſpargere/uites oleaſq; ſerere.

Cur nõ igr̃ ad plãtandũ ( ut cynice loquar) hominẽ utamur beneficio Lunę Iouiſq; & Phębi? Nã Veneris qdẽ ad hęc officio ſemper utimur: Sed rectius modo dixiſſem/ſemꝑ utunt̃: nã ipſa mihi Venus eſt Diana. Quid itẽ de uictu dicemus? Nõ ne licebit/& proderit ſub fęlici ſydere/tũ autumno uinũ/ tum ĩdies panẽ epulaſq; cõficere? Ac ſi nequeamus ĩ his præparãdis aſpectus ſyderũ expectare: expediet ſaltẽ adſcẽdẽtes accipe/ uel aliter angulares/ Solem/Iouem/Venerẽ/atq; Lunã. Sic.n.oĩa qbus utimur/ fęliciter affecta cęlitus/fęliciter nos afficiẽt. Hactenus te uideo abſq; cõtrouerſia conceſſurum: niſi forte dicas/ita uitã noſtram nihil fore aliud q̃ ꝑpetuã ſeruitutẽ. Ad hæc ego ſubiciã: fruſtra mortales cumulãdis pecuniis & honoribus ſeruituros/ quibus ſunt ꝑpetuo mãcipati: niſi interim diligẽtia phyſica dies uitæ ſibi plures accumulent. Aut igr̃ ſoli deo ſeruiant/ quod quidem eſt potiſſimũ: aut ſi cui præterea ſeruituri ſunt/ uitę tũ ualidæ/tũ lõgæ potius q̃ pecuniis honoribuſq; uanis indulgeãt. Concordes ergo ſumus.

Sed nũqd uel domos fundabũt temere/uel ĩfauſtas habitabũt? Vbi cõtagioſa quædã calamitas edificii ferme ſic inficit habitantẽ/ ut uenenoſus peſtilẽtiæ uapor/ẽt ad bienniũ in pariete ſeruatus. Qualis ẽt ex epidimia latẽs in ueſte/ diu poſtea utentẽ inficit incautũ/atq; ꝑdit. At poſtq̃ hic ĩ ueſtiũ incidimus mẽtionẽ/ꝓhibebis ne pie pater ĩ ueſte cõficiẽda/uel primũ induẽda ſpiraculũ Veneris diligẽter aucupari: Quo quaſi Venerea facta ueſtis: ſimiliter proſpera quadã corpus/& ſpiritum afficiat qualitate. Non ne medici uetant uulpium pelles? Agninas probant? Non aliter forte

ſydus ĩdies quaſi naſcẽtes ueſtes afficit/ꝙ ſemel ab initio natas.
Veſtes quidẽ & cętera artis opera certã a ſydere qualitatẽ accipe
Thõmas Aqnas ĩ libro de fato confirmat. Tu igiť affirmabis. In
fectas uero ueſtes/utentẽ inficere/etiã teſtis eſt ſcabies atq; lepra.
Deniq; ſi populi uitę conſulis (ut opinor) iſta ꝑmittes. Atq; ego
permiſſione tua cõſulã obſeruanda. Sin aũt eiuſmodi moribũdæ
uitæ curã/non ĩprobas quidẽ/ſed negligendã mones: ego quidẽ
negligo: melioris uitæ fiducia fretus: cęteriſq; ſimiliter cõſulo fa
ciendum. Vale.

## Qũo per inferiora ſuꝑioribus expoſita deducantur ſuperiora: & ꝑ mundanas materias mũdana potiſſimũ dona. Cap. xxvi.

ſ Ed ne longius digrediamur ab eo/ quod interpretantes
Plotinum inſtituimus ab initio/ breuiter ita collige. Mũ
dus ab ipſo bono/ ut Plato una cũ Timeo Pythagorico
docet ꝙ optimus effici poterat/eſt effectus. Eſt igiť nõ ſolũ corpo
reus: ſed uitæ inſuꝑ & intelligentiæ particeps. Quãobrem præter
corpus hoc mũdi ſenſibus familiariter manifeſtũ/ latet ĩ eo ſpũs
corpus quoddã excedens caduci ſenſus capacitatẽ. In ſpũ uiget
anima: in aĩa fulget intelligẽtia. Atq; ſicut ſub Luna nec miſcetur
aer cum terra/niſi ꝑ aquã: nec ignis cũ aqua: niſi ꝑ aerem: ſic in uni
uerſo eſca quædã/ ſiue fomes ad aĩam corpori copulandã/eſt ille
ipſe quẽ ſpũm appellamus. Anima quoq; fomes qdam eſt ĩ ſpũ/
corporeq; mũdi/ad intelligentiã diuinitus cõſequendã. Quẽad
modũ ſũma quædã in ligno ſiccitas ad penetraturũ oleum eſt pa
rata. Oleum huic ĩbibitum/ pabulũ eſt ad ignem. Ad calorẽ dico
proxime. Calor ipſe luminis eſt uehiculũ: ac ſi lignũ hoc eiuſmo
di ſit/ut igne præſente fulgeat/nõ urať: qualia quãdoq; uidimus
iam hoc exemplo uidebimus: utrũ uel homo: uel aliud quiddã
ſub Luna/certis qbuſdã præparamẽtis: partim qdẽ naturalibus:
partim arte quæſitis/uitalia: atq; etiã forte ĩtellectualia quędam

bona oportune quodāmodo deſuper accipere poſſit. Verū quod hic ad religionem ſpectat diſcutiemus alibi: ubi Plotinus in me diū hæc adducet. Quod uero ad naturales ſpectat influxus/qua leſcunq; ſint deſup uenïētes: ſcito eos in nobis materiiſq; noſtris ita demū per artē comparari poſſe: quādo fomēta nobis noſtriſq; ad illoſ natura ſubgeſſerit: cęlumq; ad eoſdē oportunius cōſpira uerit. Non ne in ipſo fętu natura fętus ipſius artifex: cum certo quodā pacto corpuſculum affecerit/figuraueritq;/hoc ipſo ſtatim præparamēto/uelut eſca quadā ſpūm ab uniuerſo deducit? Perq; hunc uelut fomitem: uitā haurit/atq; aīam? Ac deniq; p certā ani mæ ſpeciem diſpoſitionēq;/corpus ita uiuens dignum eſt pręſen tia mentis tandem donatæ diuinitus. Vbiq; igit̃ natura maga eſt/ut inqt Plotinus/atq; Sineſius/uidelicet certa quædā pabulis ubiq; certis ineſcans: non aliter q̃ centro terræ grauia trahens: Lu næ concauo leuia: Calore folia: humore radices: cętera q; ſimiliter. Quo quidem attractu ſecum ipſo deuinciri mundum teſtant̃ ſa piētes Indi/dicētes mūdum eſſe aīal paſſim maſculū ſimul atq; fę minā: mutuoq; mēbrorū ſuorū amore ubiq; coire ſecū/ atq; ita cō ſtare: uinculū uero mēbrorū ineſſe p inſitam ſibi mentē: quæ totā infuſa per artus agitat molē/ & magno ſe corpore miſcet. Hic Or pheus naturā ipſam mūdi/Iouēq; mūdanū/marem appellat & fę minā. Vſq; adeo mutui partiū ſuarū cōiugii ubiq; mūdus eſt aui dus. Eſſe uero maſculinum ſexū fęminino ubiq; cōmixtū: decla rat illinc quidē ordo ſignorū. Vbi præcedēs ppetuo deinceps ordi ne maſculinum eſt: ſubſequēs fęmininū. Hinc uero arbores/ atq; herbæ: Quæ etiā ſicut aīalia utrunq; ſexum habēt. Mitto q̃ ignis ad aerem: aqua ad terrā maſculi uicē tenet ad fęminā. Vt nō mirū ſit mēbra inter ſe mundana & oēs eius articuli/ mutuū coniugiū concupiſcere. Quod & planetę cōciliant/partim qdem mares/pat tim uero fęminæ. Præcipue uero Mercurius maſculus atq; fęmina hermophroditi pater. Quod ſane aīaduertens agricultura/præ parat agrum ſeminaq; ad cæleſtia dona. Et inſitionibus qbuſdā

uitam plātę propagat/ & ad ſpeciē alteram melioremqꝫ perducit.
Similia quędam efficit medicus/& phyſicus/& chyrurgicus in cor
pore noſtro/tum ad noſtrā fouendam: tū ad uniuerſi naturā ube
rius comꝑandā. Idem quoqꝫ philoſophus naturaliū rerum aſtro
rumqꝫ peritus/ quē ꝓprie magū appellare ſolemus/ certis quibus
dam illecebris/ cęleſtia terrenis oportune quidem:nec aliter inſe
rens q̃ inſitionis ſtudioſus agricola ueteri recentem ſtipiti ſurcu
lum. Quod & Ptolemęus ualde ꝓbat/affirmans eiuſmodi ſapien
tem/ſic aſtrorū opus adiuuare poſſe:quēadmodum agricola terrę
uirtutem. Subicit magus terrena cęleſtibus/imo inferiora paſſim
ſuperioribus: ut proprias ubiqꝫ fęminas ſuis maribus fęcundan
das:ut ferrum magneti trahendū: ut camphorā aeri feruēti ſugen
dam:ut chryſtallū Soli illuminandū: ut ſulphur & ſublimē liquo
rem accendendū flāmę: ut oui teſtā uacuam & impletā rore/ Soli
eleuandā:imo ut ouum ipſum gallinæ fouendū. Præterea ſicut
nō nulli fouentes oua/etiā ſine animalibus uitā illiſ ex uniuerſo
conciliant:& ſæpe materias quaſdā oportune parātes abſqꝫ ouis
manifeſtiſqꝫ ſeminibus/aīalia procreāt: ut ex ocimo ſcorpionem:
apes ex boue:ex ſaluia auē merulę ſimilē. Vitā uidelicet a mūdo
materiis certis oportuniſqꝫ tēporibus adhibētes: Sic & ille ſapiēs
ubi cognouit quę materię/ſiue quales parti inchoatę natura/ par
tim arte perfectę:& ſi ſparſę fuerint cōgregatę/qualē cęlitus influ
xum ſuſcipere poſſint:has eo regnante potiſſimū/colligit/ præpa
rat/adhibet:ſibiqꝫ ꝑ eas cęleſtia uēdicat. Vbicūqꝫ enī materia quę
dam ſic ſuꝑis expoſita ē/ſicut ſpeculare uitrū uultui tuo/parieſqꝫ
oppoſitus uoci/ ſubito ſuꝑne patit̃ ab agēte uidelicet potentiſſi
mo a poteſtate uitaqꝫ mirabili ubiqꝫ præſēte/ uirtutemqꝫ paſſione
reportat. Non aliter q̃ & ſpeculum imaginem repræſentat ex uul
tu:& ex uoce paries Eccho. His ferme exēplis ipſe Plotinus uti
tur/ubi Mercurium imitatus ait:ueteres ſacerdotes/ſiue magos ī
ſtatuis ſacrificiiſqꝫ ſenſibilibus diuinum aliqd /& mirandū ſuſci
pere ſolitos. Vult aūt una cū Triſmegiſto per materialia hęc non

proprie ſuſcipi numina penitus a materia ſegregata:ſed mūdana
tantum/ut ab initio dixi & Syneſius approbat. Mundana inq̄ id
eſt uitam quandā/uel uitale aliquid/ex anima mundi & ſpherarū
animis atq; ſtellarum:uel etiam motum quendā/et uitalem quaſi
præſentiā ex Dęmonibus. Immo iterdū ipſos Dęmonas eiuſmo
di adeſſe materiis Mercurius ipſe/quem Plotinus ſequit̃/inquit/
Dęmonas aerios/nō cęleſtes:ne dū ſublimiores:ſtatuaſq; Mercu
rius ipſe cōponit ex herbis/arboribus/lapidibus aromatis/natu
ralem uim diuinitatis(ut ipſe ait) in ſe habentibus. Adiūgit can
tus cęleſtibus ſimiles:quibus ait eos delectari/ſtatuiſq; ſic adeſſe
diutius/& ꝓdeſſe hominibus/uel obeſſe. Addit ſapiētes quondā
ægyptios:qui & ſacerdotes erāt/cum nō poſſent rationibus ꝑſua
dere populo eſſe Deos ideſt ſpūs aliquos ſuper homines/excogi
taſſe magicum hoc illicium/quo Dęmonas allicientes/ in ſtatuas
eſſe numina declararent. Sed Iamblicus damnat ægyptios ꝙ Dę
monas non ſolum ut gradus quoſdam ad ſupiores deos inueſti
gandos accepint:ſed plurimum adorauerint. Chaldeos uero Dę
monibus non occupatos ægyptiis anteponit. Chaldeos inq̄ re
ligionis antiſtites. Nam aſtrologos tā Chaldeorum q̄ Aegyptio
rum quodāmodo tentauiſſe Dęmonas per harmoniā cęleſtem in
ſtatuas fictiles trahere ſuſpicamur. Quod ſignificare uidet̃ aſtro
logus Samuel hebreus auctoritate Dauidis Bil aſtrologi fretus.
Antiquos uidelicet fictores imaginum feciſſe ſtatuas futura pro
nuntiātes. Harmoniā uero cęleſtium his accomodatā eſſe tradit/
metallū fundere ad hominis pulchri formā/die Mercurii hora ter
tia ſcilicet Saturni. Quādo Mercurius Saturnū in aquario ſubit/ī
nona cęli plaga/uaticiniū deſignāte. Aſcenditq; geminorū ſydus
ſignificās prophetas (ut aiunt) Mars a Sole cōburitur:nec Mercu
rium intuetur. Sol tamē aſpicit coniūctionis illius locum. Venus
interea aliquem obtinet angulum:occidentalis eſt & potens. Lu
na ex trigono gradum aſpicit aſcendentem:ſimiliterq; Saturnus.
Hæc illi. Ego autē primo quidē ex beati Thōmæ ſententia puto/

ſi modo ſtatuas loquẽtes effecerint/ nõ ſimplicẽ ipſum ſtellarũ influxũ ibi formauiſſe uerba: Sed dęmonas. Deĩde ſi forte cõtigerit eos in eiuſmodi ſtatuas ĩgredi/ nõ arbitror hos ibi ꝑ cęleſtẽ influxũ fuiſſe deuinctos: Sed ſpõte potius ſuis cultoribus obſecutos: deniq; decepturos. Nam & natura ſupior ab ĩferiore cõciliaꝛ qdẽ aliquãdo: Sed cohiberi neqt. Et diſpoſitio illa ſyderum paulo ante deſcripta cõcurrere forte nõ poteſt. Quãuis ãt Dęmones aſtronomica rõne ſtatuis nõ includanꝛ: tamẽ ubi per cultũ eis exhibitũ/ pręſentes extiterint/ Porphyrius ait eos regulis aſtronomicis oracula reddidiſſe: atq; ideo frequenter ambigua. Et merito/ quoniã Iamblichus ꝓbat ꝓphetiã uerã/ atq; certã/ nec malis Dęmonĩbus cõuenire: nec humanis artibus/ uel natura/ ſed ſpiratiõe diuina purgatis mẽtibus ꝓuenire. Sed ad Mercuriũ: imo ad Plotinũ iã reuertamur. Mercurius ſacerdoteſ ait accepiſſe uirtutẽ a mundi natura cõuenientẽ: eãq; miſcuiſſe. Secutus hũc Plotinus putat: totum id aĩa mũdi cõciliãte cõfici poſſe. Quatenus illa naturaliũ rerũ formas/ ꝑ ſeminales quaſdã rõnes ſibi diuinitus inſitas generat/ atq; mouet. Quas quidẽ rationes appellat ẽt Deos. Quoniã ab ideis ſupremæ mẽtis nunq̃ deſtituunꝛ. Itaq; ꝑ rõnes eiuſmodi aĩa mũdi facile ſe applicare materiis: quas formauit ab initio per eaſdẽ: quãdo magus uel ſacerdos oportunis tẽporibus adhibuerit formas rerũ rite collectas: que rõnẽ hanc/ aut illã ꝓprie ſpectãt: ſicut magnes ferrũ: reubarbarũ colerã: crocus cor: eupatoriũ ſpodiũq; iecur: ſpica muſcuſq; cerebrũ. Fieri uero poſſe quandoq; ut rõnibus ad formas ſic adhibitis/ ſublimiora quoq; dona deſcendãt/ quatenus rões ĩ aĩa mũdi cõiunctæ ſũt ĩtellectualibus eiuſdẽ aię formis: atq; ꝑ illas diuinæ mẽtis ideis. Quod & Iãblichus approbat/ ubi de ſacrificiis agit. Qua de re alibi nos oportunius diſputabimus. Vbi etiã apparebit/ q̃ ĩpura ſupſtitio populi gẽtilis extiterit. Contra uero q̃ pura pietas euangelica fuerit: Quod magna ex parte in libro de relligione chriſtiana iam fecimus.

FINIS

Apologia quędam. In qua de medicina. aſtrologia. uita mundi. Item de magis/qui Chriſtum ſtatim natum ſalutauerunt.

m ARSILIVS Ficinus florentinus/dilectiſſimis ſuis ĩ ueritatis ſtudio fratribus/ tribus Petris/Nero/Guĩciardino/Soderino/ ter quaterq; ſalutem. Rectius modo Tripetro q̃ tribus Petris fortaſſe dixiſſem. Sicut.n.ubi palma eſt una nõ faciũt plures in ea digiti/manus ibi plures: ſic ueſtra amici corpora tria nihil prohibere uidenẽ/ quo minus unum efficiat Petrum una uoluntas. Faber ille cęleſtis patriæ Chriſtus tam ingẽtem procreauit petram/ut ĩmenſo huic edificio eccleſiæ ſuę una hęc petra fundando ſufficeret. Ego quoq; tã grandes nactus ſum diuina quadam ſorte petras: ut tres nũc meo uel arduo ſatis edĩficio faciant. Nunc uobis amici nunc/ſi neſcitis/arx illa Palladis neceſſaria fore uidetur: qua procul a nobis ſęuum ĩpiorum gigantum impetũ arceamus. Quãobrem ueſtra primum arce tribus conſtructa Petris/trium liberorũ meorum uitam/uitæ publicæ ſuccurrentium munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de uita librum compoſuiſſe/ ĩ libellos tris diuiſum. Quorum primus de uita ſana. Secundus: de uita lõga. Tertius: de uita cęlitus inſcribeẽ. Igiẽ eſca tituli tam ſuauis q̃plurimos alliciet ad guſtandũ: Sed in numero tanto ignorantes plerique futuri ſunt (ut arbitror) malignĩ quoq; non pauci. Alius ergo dicet/ non ne Marſilius eſt ſacerdos? Eſt profecto. Quid igitur ſacerdotibus cũ medicina? Quid rurſum cum aſtrologia commertii? Alius item. Quid Chriſtiano cum magia uel imaginibus? Alius autẽ/ & quidem indignus uĩta/ uitam inuidebit cęlo. Cũcti deniq; ſic affecti/beneficio in eos noſtro ingrati nimis erunt. Atque aduerſus charitatem noſtram Qua uitæ/ proſperitatique publicæ pro ingenii facultate conſulĩmus/non pudebit eſſe crudeles. Communis igitur erit uobis iſte labor: Sed ut quodammodo leuior ſit: tres enim eſtis aduerſum

tres hoſtes diſtributum ſubite certamen. Nec inuectiua (noui enī ingenium ueſtrum) confurabitis inuectiuā: Sed alieni fellis ama ritudinem: quæ ueſtra ſuauitas ē mirifica ueſtri mellis dulcedine ſuperabitis. Principio candidiſſime Nere reſpōdeto primis/an tiquiſſimos quondā ſacerdotes fuiſſe medicos pariter & aſtrono mos. Quod ſane chaldeorum/perſarum/ægyptiorum teſtificanē hiſtoriæ. Ad nullum pręterea magis q̄ ad pium ſacerdotem perti nere ſingularis charitatis officia: quæ q̄dem ī maximo omniū be neficio q̄maxime lucent. Officium uero præſtantiſſimum eſt pro culdubio/quod & maxime neceſſariū: & īprimis ab omnibus ex optatum: efficere uidelicet/ut hominibus ſit mens ſana in corpo re ſano. Id autē ita demum præſtare poſſumus/ſi coniungimus ſa cerdotio medicinā. At quoniā medicina ſine fauore cęleſti/quod & hyppocrates Galienuſq; confitentur/ & nos experti ſumus/ ſæ pius eſt inanis/ſępe etiam noxia/nimirum ad eandem ſacerdotis charitatem aſtronomia pertinet/ad quā attinere diximus medici nam. Eiuſmodi (ut arbitror) medicū honorari ſacræ litterę iubēt/ quoniam propter neceſſitatē hūc altiſſimus procreauerit. Et Chri ſtus ipſe uitæ largitor/qui diſcipulis mandauit/ languentes toto orbe curare/ſacerdotibus quoq; præcipiet/ſi minus uerbis/ut illi quondam/mederi poſſint: ſaltem herbis & lapidibus medeātur. Quæ ſi minus ipſa ſufficiant/oportuno quodam afflatu cęli con flare hæc/& ægrotis admouere iubebit. Nam & ipſe eodem affla tu cæli animalia paſſim ad ſuam quæq; concitat medicinam: uſq; adeo uitæ omniū abundantiſſime prouidet. Sic inſtinctu cęleſti diuinitus inſtigante/ſerpentes quidem maratro/hirundines aūt celidonia oculis medicantur: Aquilæ uexatæ partu echitem lapi dem diuinitus inuenerunt/quo fęliciter oua ſtatim eniterentur. Itaq; Deus ipſe qui per cęlum animalia quæuis ad medicinas in ſtigat: ſacerdotes certe permittit non mercede inquam/ ſed chari tate medicinis cælitus confirmatis morbos expellere. His uero tu deinceps plura etiam ſi expedierit ingenii tui aculeis addes.

Surge poſt hæc & tu Guiciardine uehemens: atq; curioſis ingeniis reſpondeto/ Magiam uel imagines nõ probari quidẽ a Marſilio/ ſed narrari/ Plotinum ipſum interpretante. Quod & ſcripta plane declarãt/ ſi ęqua mente legantur. Neq; de magia hic prophana/ quę cultu Dęmonum nititur/ uerbum quidem ullum aſſeuerari: Sed de magia naturali/ quę rebus naturalibus ad proſperã corporum ualitudinem cęleſtium beneficia captat/ effici mẽtionem. quę ſane facultas tam concedenda uidetur ingeniis legitime utẽtibus/ q̃ medicina & agricultura iure cõceditur. Tantoq; etiã magis/ quãto perfectior eſt induſtria/ terrenis cęleſtia copulans. Ex hac officina Magi omnium primi Chriſtum ſtatim natum adorauerunt. Quid igitur expaueſcis Magi nomẽ formidoloſe? Nomẽ euangelio gratioſum. Quod non maleficum & ueneficum: ſed ſapiẽtem ſonat & ſacerdotem. Quid nam profitetur Magus ille uenerator Chriſti primus? Si cupis audire quaſi quidam agricola ẽ: certe quidam mundicola eſt. Nec propterea mundum hic adorat: quemadmodum nec agricola terram: Sed ſicut agricola humanĩ uictus gratia ad aerem temperat agrum: ſic ille ſapiens/ ille ſacerdos gratia ſalutis humanę inferiora mundi ad ſuperiora contemperat/ atq; ſicut oua gallinę/ ſic oportune terrena ſubicit fouenda cęlo. Quod efficit ſemper ipſe deus: & faciẽdo docet/ ſuadetq; facere/ ut a ſuperis infima generentur & moueantur/ atq; regantur. Deniq; duo ſunt magiæ genera. Vnum quidem eorum/ qui certo quodam cultu Dęmonas ſibi conciliant: Quorum opera freti fabricãt ſæpe portenta. Hoc autẽ penitus exploſũ eſt/ quando princeps huius mundi eiectus eſt foras. Alterum uero eorum qui naturales materias oportune cauſis ſubiiciũt naturalibus mira quadam ratione formãdas. Huius quoq; artificii ſpecies duæ ſunt. Altera quidem curioſa: altera neceſſaria. Illa ſane ad oſtentationẽ ſuperuacua fingit prodigia: Ceu quando Perſarũ magi ex ſaluia ſub fimo putrefacta dum Sol & Luna ſecundam Leonis faciem

occuparent/eundéq; gradũ ibi tenerent/generabant auem merulę ſimilem:ſerpentina cauda:eamq; redactam in cinerem ĩfundebãt lampadi. Vnde domus ſtatim plena ſerpentibus uidebatur. Hoc autem tanquã uanum & ſaluti noxium procul effugiendum. Tenenda tamen ſpecies neceſſaria/ cum aſtrologia copulans medicinam. Siquis auté pertinax ulterius inſtet/morem huic ita gerito Guiciardine:ut ne legat hæc noſtra/nec intelligat/nec meminerit/ nec utatur homo/ſi homo eſt/tanto beneficio prorſus indignus.

Multa ſunt pręterea quæ tu aduerſus ingratam ignorantiam in medium afferre tuo ingenio poteris. Quid nam agis & tu ſtrenue Soderine noſter? Tolerabis ne ſuperſtitioſos cęcoſq; neſcio quos futuros/qui uitam in animalibus:uel abiectiſſimis:herbiſq; uiliſſimis manifeſtam uident. In cęlo/in mundo non uident. Iam uero ſi homunciones iſti uitam minimis concedunt mundi particulis/quę tandem demẽtia eſt? Quæ inuidia? Nec noſſe/nec uelle totum uiuere in quo uiuimus/& mouemur & ſumus. Quod quidem canit Aratus: Iouem manifeſte ſignificans cõmunem corporis mundani uitam. Peroportune nunc in hæc Arati uerba neſcio quomodo uideor incidiſſe. Memini Lucam euangeliſtam:memini Paulum apoſtolum his uerbis libenter uti. In quibus mũdi uitam ſapientes illi nõ horrent. At uero ſuperſtitioſus quidam his obiitiet non facile conuinci ex uerbis eiuſmodi Paulum aſſentiri/mundum habere animam: Sed tantũ ſubeſſe deo:ac nos ĩ hoc ipſo Deo uiuere. Eſto igitur. Ne nominemus in mundo quando non placet animam. Nomen anima ſit prophãnum. Licebit ne ſaltem uitam qualécunq; dicere? Quam Deus ipſe mũdi faber huic operi ſuo tam fęliciter abſoluto clementer inſpiret. Quandoquidem erga uiliſſima quęq; uiuentia non eſt auarus/Et quotidie ꝑ cęlum q̃plurimis quæ ſunt in eo largiſſime pręſtat uitã. Dic amabo nõ ne uides boues & aſinos/o bos/o aſine/ qui tactu quodã ex ſe uiuentia generãt eſſe uiuos? Si ergo hæc præterea/ex ſe uiua

quædam aſpectu etiam generarent/an non multo magis hæc ui uere iudicares?ſi quod modo ipſe iudicium/ſi quã uitam habes. Cęlum terræ maritus non tangit (ut cõmunis eſt o pinio)terram. Cum uxore non coit:ſed ſolis ſyderum ſuorum quaſi oculorum radiis undiq; luſtrat uxorem:luſtrãdo fęcundat/ procreatq; uiuẽtia. Num ergo uitam uel intuẽdo largiens ipſum in ſe propriam nullam habet uitã?Et quod dedit aui ſtrutho uitam aſpectumq; uiuificum:longe eſt hoc ipſo deterius. His tandem adductis in medium/niſi perſuaſeris ſuperſtitioſum iſtum mittito ſemiuiuũ: immo uero non uiuum. Proinde ut pluribus cauſam noſtrã patronis agamus/ addito Petre mi Nere Amphionem illum noſtrũ Lãdinum Chriſtophorum oratorem pariter & poetam.Ille noſter Amphion ſuauitate mira celeriter lapidea hoſtiũ noſtrorum corda demolliet. Tu uero Guiciardine cariſſime compater/ito nũc/ ito alacer/Politianum Herculem accerſito.Hercules quõdam ubi periculoſius certandum foret/ uocitabat Iolaum: Tu nunc ſimiliter Herculem.Noſti profecto quot barbara monſtra latium iam deuaſtantia Politianus Hercules inuaſerit/ lacerauerit/ interemerit/q̃ acriter expugnet paſſim.Quã tuto propugnet.Hic ergo uel centum hydrę capita noſtris liberis minitantia ſtatim confundet claua/flammiſq; cõburet. Eia mi dulciſſime Soderine:Surge age/ Picum ſalutato Phoebeũ.Hũc ego ſępe Phoebum appello meũ. Ille me Dionyſium uiciſſim atq; liberũ.Fratres ergo ſumus. Nuntia Phoebo meo/uenenoſum contra nos pythonẽ/ex palude iam iam emergentem.Tendat arcum/obſecra precor.Confeſtim ſpicula iaculetur.Intendet ille protinus/ſcio quid loquar:uenenumq; totum ſemel una nece necabit. Valete iam fęliciter amantiſſimi fratres mei/ non ualitudine tantum fęlici: Sed ipſa etiam fęlicitate digni. Liberorumq; meorum in lucem iam prodeuntium ualitudinem fęlicitatemq; curate. xv.Septembris.M.cccclxxxviiii. In agro Caregio.

## Quod neceſſaria ſit ad uitam ſecuritas & tranquillitas animi.

m ARSILIVS Ficinus Dilectiſſimis in ueritatis uenatione fratribus Bernardo Caniſiano/ Iohanni Canacio/ Amerigo Curſino Salutem. Cum primis hic in uerbis uenationem quandam inſtituiſſemus/ merito forſan canes ſtatim adhibuimus & curſores. Apte quidem philoſophãtes appellauimus uenatores/ anhela ſemper ueritatis indagine laborantes. Num etiam apte canes? Aptiſſime inquit in Republica Socrates. Philoſophãtes enim uel legitimi ſunt uel ſpurii. Ambo canes. Illi quidem ueritatem ipſam ſagaciter inueſtigãt/ mordicus inuentã tenent. Hi uero pro opinione latrant/ mordent/ lacerant. Tantum profecto canes inter philoſophos ſibi uendicant/ ut nõ ſolum ſe ipſos ĩ ſectam aliquam inſeruerint: ſed etiam ſectam ipſi ſuam nomine Cynicam quandoqꝫ confecerint. Habet quinetiam ſuos achademia canes. Huc ergo uos ſagaces achademię canes: huc uos uelociſſimi curſores aduoco. Tris enim eſtis. Tres ergo nũc meos precor defẽdite liberos adhuc teneriores/ inter lupos (ut uereor) e ueſtigio udituros. Curriteĩquam alacres: negocia enim nunc uobis optata mãdo/ non curas. Georgium Benignũ Saluiatum cognoſcitis meum: Qui ueritatem illam ꝑ cuius nunc uos ueſtigia paſſim uenãdo diſcurritis/ iãdiu eſt ſagaciter aſſecutus. Qui & fratres ſuos Solis iſtar/ maior ipſe/ minores illuſtrat. Huic igitur/ ſi quem luporum ululatum audieritis/ nuntiate. Fortiſſimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos/ qui & uaſtum draconem quandoqꝫ transfixit. Ille me igitur/ ille ſollicitudine ſimul & uos cura leuabit. Solet enim inter uos aliquis/ & qdẽ iam ſępius dicere: nihil ad uitã ſalubrius experiri/ q̃ magna cũ ſecuritate tẽpora deglutire. Cęteri uero dicẽti ꝓtinus arridere.

Sed dic age Canaci quid nam hoc tuũ eſt totiẽs repetitum? Tem
pora deuorare? Quid denique tibi uis? Non eſſe inquies/ ſed bi
bere potius. Non mandere/ uel conterere: ſed faucibus plenis in
gurgitare. Siquidem tempus ipſum natura quædam eſt liquens/
(ut ita dixerim) atque labilis. Liquentium uero hęc eſt conditio:
ut ſi cohibeas in anguſtum/ ſubito perdas. Diffluũt enim coacta
celeriterq; diffugiunt. Si aquam ſpõgiæ imbibitam forte compreſ
ſeris/ exprimes eam/ ſtatimq; diſperges. Si latius hanc tenueris/ re
tinebis. Multo magis aerem/ ignemq;/ & ętherem. Hinc apud poe
tas Fruſtra contendunt/ qui ampla diuorum manium ue ſimula
cra ulnis capeſcere moliuntur. Late admodum accipiẽda ſunt la
tiſſima. Liquentia & ampliſſima ſunt ampliſſime poſſidẽda. Tũc
certe grauiter nos premit anguſtia/ quando animum ipſum mo
tumq; eius naturaliter amplum redigimus ĩ anguſtum. Quicũq;
ſtudia negociaq; penſitant examuſſim: & in minima quæq; ſemp
exactiſſimæ deterunt: uitam interea ſuam/ heu ſuam uitam clam
miſeri conterunt. Recte igitur Pythagoras pręcepiſſe uidetur. Ca
ue ne quando in anguſtum forte cohibearis/ nihil cęlo amplius.
Nihil eſt uitalius. Anguſtiſſima uiciſſim terra uitam habet ĩ mun
do q̃minimam. Deniq; ſi cęlo temporeq; uiuimus/ q̃to hęc latius
abſorbemus/ tãto uiuimus & diutius. Viuite ergo lati ab angu
ſtia procul o amici. Viuite lęti. Lętitia cęlum uos creauit ſua. Quã
ſuo quodã riſu ideſt dilatatione/ motu/ ſplendore declarat: quaſi
geſtiens. Lætitia cęlum uos ſeruabit ueſtra. Ergo quotidie imprę
ſens uiuite læti. Nã ſollicitudo præſentium/ rapit uobis pręſens:
præripitq; futurum. Curioſitas futurorum celeriter in præteritum
uos traducit. Iterum igitur precor/ atq; iterum/ uiuite læti. Nã fa
ta ſinunt: dum ſecuri uiuitis. Sed ut reuera ſine cura uiuatis/ ne
unam quidem hanc curam ſũmite: qua ſolliciti curetis unquam:
qua potiſſimum diligentia curas effugiatis. Vna enim cura hæc
mortalibus heu miſeris omni cura cor urit. Negligite igitur dili

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

gentiam. Negligentiam uero diligite. Atq; hãc etiam negligenter. Quoad licet uobis inq̃/ atq; decet. Hæc aũt non tam ut ſacerdos amici mãdo uobis/ q̃ ut medicus. Nam abſq; hac una tanq̃ medicinarum omnium uita medicinæ omnes ad uitam producendam adhibitę/ moriuntur.

XVI. Septembris. M. cccclxxxviiii. In agro Caregio.

Amerigus Corſinus

De triplici uita quem tu Ficine libellum
  Compoſitum/ in lucem mittere docte paras?
Imprimere hunc doctus: gratuſq; Valorius ultro
  Curauit/ doctis pabula grata uiris.
Tresq; Petri: biniq; Canes: Curſorq; Amerigus
  Contendent morſus pellere quiſq; feros.

Impreſſit ex archetypo Antonius Miſchominus
Florentiæ Anno Salutis. M. CCCCLXXXIX
Tertio Nonas Decembr.

# R E G I S T R V M

a

Prohemium
DE CVRA
ſed utinam
ad interna
atra bilis

b

q̃uis raro
ſtor. Nihil
paulatim
Si aduerſus
re cõdito

c

occupãs
Prohemiũ
factione
hinc quidẽ
Sed ſubſtantiã

d

conditi
defectu
reuireſcat
ra uireſcq;
ĩ liliũ

e

De medicinis
expellendi
Ariſtoteles
multa cõtingẽs

f

Prohemium
quas & ego
dona dũtaxat
uidelicet
quiſque

g

Iouem tandẽ
atq; Venerẽ
in eodem minuto
ſtellę/quam
gium. Atq;

h

Voluptatem
eius acumen
Mercurii cum
herba ſacerdotis
De uirtute

i

& Aſtrologum
pręſtantior
inchoatam ibi
tur. Figurę
do aliquo

k

præſertim ſi
inq̃ intimũ
patet ꝙ odor
tes. Sextum
tum conceptione

l

deſinis aĩaduertas
eſſe. Sed Saturnium
tem/cęleſtia
bona oportune

m

Surge poſt
quædam
Sed dic

BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
INKUNABUŁY